Item Bernardus i sermone. 78º sr cañ. Nemo inquit filiorum hoīum in trauit i hāc uitā sine gnālis ↄfusio nis uelamīe uno sane excepto q in greditur sine macula qui uenit i simi tudine carnis pecti ut de peco dam naret pecm i carne. hoc uno excep to de ceteris unus oibus p oīa introi tus ē electis dico de reprobis. Nō enim ē distō oēs enim peccauerūt τ oēs uerecūdie capuciū portāt hc ic. Ex his .n. quadragintatribus auctib9 manifeste claret btāz uir ginem in originali peco fuisse con ceptam. Omitto alias auctates ex quibus posset idem ↄcludi apte. sed sufficiāt iste τ que i superioib9 rōi bus adducte sunt maxime in .13ª ratione. 2e uie. Ecce q̄z clara τ apta sacre scripture τ sanctorum patrum testimonia quibus efficacissīe ↄcluditur beatā uirginē i originali fuisse peco ↄceptā. Alit enim ñ pti neret ad redēptionē pacificationē recōciliationē ac mediationē per xpm fcām qui solus sine peco fuit τ redemptōe nō idiguit Sed quidā fabricatores mēdacii sanā doctrinā nō suscipiētes ad fabulas se ↄuer tūt τ sniās smonib9 ipitis īuoluūt dicētes τ obstinata frōte pdicātes btissimā uirginem nunq̄z originali peco infectā fuisse τ tamē ad xpi re dēptōez ac saluatōez ptiere. tales p fecto scripturas sacras p nitiose de prauāt τ heresiz pellagii celestii τ Juliani suis expōnibus defendunt aduersus quos b9. Au9. i li. ypōn. fortiter exclamās dicit o malū dog ma qd pacis inimicus adinuenit. O dogma pestiferum p qd sciditur unitas mris ecclie O dogma pessi mū qd sub nomīe pietatis euerte τ mutare nititur ecclie xpi fundam ta. O dogma nephanduz cui nō mille sūt τ mille nocēdi artes qb9 euāgeliū subuertere conatur. O dog ma diabolicū qd i sui pernitiē di uersa mēdacia fingens prouocat ad mēdaciū ueritatē O ceca nrorum sen suum corda O magistratiū qd ob uolutū mortali nebula uobis dia bolus ppinauit Quis hc q̄ dicitis catholicorum sapientissimus ferat. Quis uos nō horreat potius noīa re q̄z cernere Quis unq̄z xpianorum dixit ñ esse pecti uulnere sauciatos omnes qui aduētu xpi medicinali saluantur Stulte hrtice respice ad ie sum qui pprerea uocatur iesus. i. sal uator quia ipe saluū faciet pplm suum a peccatis eorum Aditui eius ñ est inquit opus sanis medicus sed male habentibus Conticesce iam τ aduersus eum falsum noli dicere de puulis testimoniū quia nō uenit uocare iustos sed peccatores τ ei9 medicinalis aduētus nō est opus sanis sed egrotātibus Uos enim τ si xpi grām paruulis ↄferri dicatis nil tamē peccati ab eis auferri cre ditis Si enim itelligeretis q̄re di xerit xpus nō ē opus sanis medic9

ſed male habentib⁹ credeletis uti
que non eos ſanos ſed peccato uul
neratos eſſe pro quibus ſaluandis
xp̄us aduenit hec ille .que cū ita
ſint oportet ſecudū catholicā fidez
et ſanā doctrinā ⁊ ītelligētibus ꝑ
ſpicuā ueritatē fateri ꝙ nec q̇ſq̄ꝫ ſa
nari pōt nō īfirmus nec aliq̄s pōt
dici redēptus niſi fuerit ſub ſerui
tute captiuus.quod ſi q̱dē aduerſa
rii catholice ueritatis uellēt ſn̄ ꝑni
cioſō ſtudio defēdēdi errorē ſuū cū
dei timore cogitare et oculo ſin
cere ueritatis ſacras ſcripturas in
ſpicere ꝑfecto n̄ ita ſceleſtiſſīe blaſ
femarēt ut diceret naturā hūanam
poſt ade pec̄ꝫ an̄ liberā et ſanā fuiſ
ſe q̈ꝫ liberator ac ſaluator adueīret
Jta.n.errātes ita delirātes immo
ita īſaniētes ſūt ut nō aduertāt in
eo ꝙ.b.uirgīez origīale pec̄ꝫ non
ↄ̄xiſſe aſſerūt ꝙ ip̄aꝫ.ſaluatā aut
redēptam fuiſſe abnegant:natura
quippe humana ut ait Augu.ſi ma
lū eſſet creanda nō eſſet et ſi ei pec
cati nihil ineſſet .ſaluāda nō eſſet
habuit ergo originale peccatum
beata uirgo ſi pro ea ſicut pro
nobis traditus eſt xp̄s. habuit qd
in ea ſanandū erat q2 ut ip̄e ait nō
eſt opus ſanis medicus ſꝫ male ha
bētibus habuit cur eam ſaluā face
ret q2 ueīt in hūc mūdū pec̄ores
ſaluos facere habuit ꝙ in ea remit
teret qui ſāguīeꝫ ſe fudiſſe teſtat̄
in remiſſionē pec̄orum habuit ꝙ ī
ea quereret q̇ ueīt ut dicit q̄rere
et ſaluū facere quod pierat habuit

quod in ea diſſolueret filius dei q̇
uenit ut dicit Johānes ut diſſoluat
opera diaboli habuit cur recōcilia
ret̄ q2 cum adhuc peccatores eſſe
mus recōciliati ſumus deo ꝑ mortē
filii eius.habuit cur deo gr̄as age
ret q2 ip̄e eruit nos de poteſtate te
nebrarū et trāſtulit nos in regnū
caritatis filii ſui in quo hēmus re
dēptōeꝫ in remiſſionē peccatorum
tanq̄ꝫ preciū ſāguinē ſuū fudit ut
de uinculis diaboli quibus captiui
tenebamur liberaremur.et ideo ut
uerbis Augu.ī li.de natura ⁊ gr̄a
utar quicūqꝫ dei cauſam ſibi agere
uidet̄ humanā falſe defēdēdo natu
ram nō attēdit ꝙ ip̄aꝫ ſine pecca
to eſſe aſſerēdo celeſtis medici re
pellit medicinam.nō ergo debem⁹
in quoqꝫ hoīe ſic laudare creatorē
ut cogamur dicere ſuꝑfluū ſaluato
rem.Naturā itaqꝫ hominis dignis
laudib⁹ honoremus eas laudes ad
creatoris gl̄iam refferamus ſed q2
nos creauit ita ſimus grati ut non
ſimus q2 nos ſanat ingrati.hec ille
Et ideo beatus Bernardus uirgīs
glorioſe deuotiſſimus reprehēdēs
et deteſtans errorem illorum qui
dicebant beatam uirginem ſine ori
ginali peccato fuiſſe cōceptam ⁊ fe
ſtū cōceptōis celebrant zelo uerita
tis totus accēſſ⁹ dicebat.Miramur
ſatis quod uiſum fuerit hoc tempo
re quibuſdam ueſtrū uoluiſſe muta
re colorem optimū nouam inducen
do celebritatem quam rit⁹ eccleſie
neſcit nō probat ratio non commē

~:~·N·

75

dat antiqua traditio. nūquid patribus nr̄is aut deuociores sumus periculose p̄sumimus tēptātes quicquid in talibus eorum prudētia p̄teriuit. nec uero id tale est quod nisi preteūdū fuisset patrū quiuerit oīo diligētia pretermisse. ac ualde uenerāda ē inqs mater domini bene admones. sed honor regīe iudiciū dilligit. uirgo regia falso non eget honore ueris honorum titulis cumulata. honora sane integritatē carnis uite sācititatem mirare fecūditatē in uirgine prolē uenerare diuinā extolle nesciētē uel in cōcipiendo cōcupiscētiam uel in pariendo dolorem. predica reuerētiaz angelis desideratā gentibus patriarchis prophetisqꝫ precognitā. exalta deniqꝫ exaltataz sup choros angelorū ad celestia regna. quid addēduz his adhuc putamus honorib⁹. ut honoret inquiūt cōceptus q̄ honorādū preuiit partū. sed nō ē hoc uirginē honorare sed eius honori detrahere licet. n. ei donatū sit cū sanctitate nasci nō tñ cū sāctitate cōcipi ut uni sane seruaret sācti p̄rogatiua cōceptus qui ōs sāctificaret solusqꝫ absqꝫ peccato ueniens purgatōem faceret peccatorū. cum hec ita se habeāt que iam nā erit rō festiue cōceptōis quo pacto sāctus inqꝫ assereret cōceptus q̄ de spusancto ñ ē ne dicā qui de peco est aut festus habetur qui minime sanctus est. Libenter ergo gloriosa uirgo hoc honore carebit quo uel peccatum honorari uel falsa induci uidet sācitas. nulla. n. ei ratione placebit contra ritum ecclesie presūpta nouitas mater temeritatis soror superstitionis filia leuitatis. hec ille.

Explicit secunda pars libelli de ueritate cōceptōis beate uirginis in qua tribus uijs et trigita rōib⁹ probatū est. Impiū esse tenere beatā uirginem sine peccato origiali fuisse cōceptam.

Incipit tertia pars in qua adducūtur trigintaseptē rationes opinionis cōtrarie cū eorum solutōnibus Et primo quod beata uirgo non fuit ↄcepta in peccato origiali.



Ed mlta iaz mihi dixisse uideor quibus clare intelligere potuimus impiū prophanum et hereticum fore pertinaciter asserere. b. uirginem a peccato originali in sui cōceptōe fuisse immunē. uerū quia nō sufficit sapiēti ueritatis cognitionē acquirere sanamque doctrinam aliis predicare nisi et errātes corrigat infirmosqꝫ ab aduersariis ueritatis defendat. Ideo in hac postrema huius trāctatus p̄te adducēde sūt rōes q̄bus ↄtraria opi⁹ flectitur. easqꝫ falsas et friuolas esse ostendens ueritas in cordibus

fideliū magis firmiter et maioꝛ no
ſtris rōibus fides adhibeatur. ſunt
enim non nulli qui temeritate ma
gis quam doctrina fulciti de hac
materia imperito uulgo pꝛedican
tes aliis audent ediſcere quod ipi
non intelligunt ¶ Nec dignantur
diſcere quid pꝛophete quid apo
ſtoli quid ſancti doctoꝛes de hac
materia ſēſerunt ac docuerūt ſed
ueritatē ſpernētes ad fabulas ſe cō
uertūt et ad ſēſum ſuum peruerſū
incōgrua adaptāt teſtimonia qua
ſi grande ſit et nō uicioſū dicēdi
genus depravare ſcripturas et ad
uoluntatez ſuam ſacram ſcripturā
repugnare Ideo ipoꝝ detectis fal
lacijs oñdā eos fabꝛicatoꝛes eſſe mē
dacii q2 de hac materia p̄dicantes
ſententias inuoluunt ſermonibus
imperitis. Adducūt igit̄ in p̄mis
falcimētū erroris ſui beatū Anſel
mū in libꝛo de cōceptu uirginali
ca°.8. ſic dicentem decebat ut illi⁹
hominis cōceptio de matre puriſ
ſima fieret nēpe decens erat ut il
la puritate niteret qua maioꝛ ſub
deo neq̄t intelligi. maioꝛ aūt puri
tas uirginis fuiſſet ſi non contra
xiſſet et hec fuiſſet ſub deo ſicut et
ſtatus innocencie ergo nō fuit con
cepta in pcō oꝛiginali

¶ Licet beata uirgo fuerit in oꝛigīa
li peccato concepta habuit tñ illaz
puritatem qua maioꝛ ſub deo ne
quit intelligi.

Pro ſolutione huius rōnis ⁊ ſeq̄n
tium eſt ſciendum q̄ tres fuerunt
ſanctificationes uirginis marie ſic̄
poteſt elici ex dictis Sci Tho͛. in
.28. rōne ſup̱ius allegatis. p̄ma fu
it ſanctificatio ī utero poſt aīatio
nem citiſſime facta. ⁊ hoc habuit
tres effectus. uidelicet originał cul
pe expiationē grē infuſionez ⁊ fo
mitis tantā reſtrictionē qđ nō poſ
ſet in aliqđ peccatum ducere ad h͛
cuſtodia diuine p̱uidentie adiuuā
te lz tamē fomes in ipa remaneret
ſm eſſentiā ſed ligatus. ¶ 2ᵃ ſcifi
catio fuit ī ſpūs ſancti obūmbratio
ne ⁊ filii cōceptiōe q̄ trib⁹ p̄miſſis
duo ſup̱addidit uz oīmodam fomi
tis extirpationē ⁊ ī bono ꝯfirmatō
nē ut que p̄us poterat tm̄ nō pecca
re iam nō poſſz ampli⁹ peccare ita
q̄ p̱ p̄mā ſcificationē ex ligatione
fomitis appetitus ſenſitiu⁹ ita erat
rōni ſubiectus ut nūq̄ ꝯ rōnem in
aliqđ moueret̄ poterat tñ hr̄e ali
quos motus ſubitos nō p̄oꝛdinatoſ
a rōne ſed ī ſa ſcificatione p̱ extinc
tionem fomitis ſic appetitus ſenſi
tiu⁹ ī ea rōi ſubiciebat̄ ut ad nihil
moueret̄ niſi ſm ordinē ⁊ imp̱iū
rōis ſm q̄ rō ordinabat uel p̱mit
tebat appetitū inferioꝛē moueri p̱
p̄o motu ita q̄ uires īferioꝛes erāt
totał̄r ſubiecte rationi q̄ ad ītegri
tatē p̄mi ſtatus p̱tinere uidet̄ sʳ ī
p̄ma ſcificatione collata ei fuit gr̄a
effica ͬ īclinās li. arbitriū ad bonū
ſed nō erat ſufficiēs ad tollendum
flexibilitatē li. arbitrii in malū q̄3

76

flexibilitatē. ēt hō in p° statu ꝛ an
geli añ ꝯfirmationem hēbant ꝛ ꝑ
pter hoc uirgo potat nō peccare. ī
ꝑa u° santificatiōne gr̄a ēt s̄ꝫaddita
fuit q̄ potētiā li. arbitrij īpleuit ut
ī malū decetō flecti ñ posset sed ñ
q̄dem libum arbitriū tollēdo sed
ei° defectū auferēdo ꝛ ideo decetō
nō poterat peccare sic s̄cs Tho. suꝑ
ius declarauit hos duos effectus
expressit ange. Lu. p° dicēs Sp̄s s̄ac
supueīet ī te q̄ꝫtum ad ꝑmū ꝛ uirt°
altissimi obumbrauit tibi q̄ꝫtuꝫ ad
ꝑm. ¶ 3ª sanctifica° fuit ī filii dei
hītatione q̇ noue mēsibus m̄asit in
utō ei° ꝛ h° sanctifica° oīb° ꝑdc̄is
duos eff̄cs addidit un° fuit ꝙ omēs
dispōnes fomitis sublate fuerūt sic
q̄n morbus curatus ē adhuc īterdū
manēt reliq̄e curādē. ¶ 2° fuit dedi
catio totalis ad diuina ita ꝙ nec ēt
licitis usib° mūdanis .s. m̄rimonia
lib° eā adaptari esset possibile qꝛ
tūc nō solū mēs sed ꝛ corpus luce
diuinitatis resplēduit itm̄ ꝙ Joseph
nō posset ꝓpter tm̄ splendorē ī ei°
faciē inspicere. Et h° significatū
fuit eze. 43. ubi di^r Glia dei iRat.
īgredieť ꝑ uiā orientalē. i. ꝑ btām
uirginē ꝛ tra. i. caro ip̄i° resplēde
bit a maiestate ei°. i. xp̄i. ¶ Nota
ꝙ bª uirgo ī pª s̄cificatōe excessit ī
puritate ōs bap° sanctificatos qꝛ ī
baptizatis remanet fomes total'r
solutus ad peccādū. s. uenial'r ꝛ mor
talit̄ In bª aūt uirgīe fuit total'r li
gatus. excessit ēt oēs ī utō s̄cificatos
ꝛ ēt ap̄l'os post receptōeꝫ sp̄us s̄ac.

qꝛ ī illis fuit q̄dem fomes ligatus ī
q̄ꝫtum īclinat ad peccandū mortal'r
sed remansit solutus inquantum
inclinat ad peccandum uenialiter
quia de facto uenial'r peccauerūt.
In bª aūt uirgine fuit oīo ligatus
uñ nec mortalit̄ nec ue^r unq̄ꝫ pecca
uit. ex 2ª uero s̄cificatione excessit
puritatē aue ꝛ eue ꝛ ēt oīum an
geloꝝ āteq̄ꝫ essent btī qꝛ lꝫ angeli
ꝛ adam tp̄re īnocentie nō hūrint
fomitē peċi poterāt tm̄ peccare
qꝛ non erāt confirmati ī bono sic
de facto q̄dā postea peccauer̄t. sꝫ bª
uir. post ꝑam s̄cificationē nec hūit
fomitē peċi nec potat peccare qꝛ fu
it ꝯfirmata ī bo° eo m° q° s̄ri° dixit
S̄cs Tho. excessit ēt quodāmō pu
ritatē beatorū qꝛ licet ip̄i sint cū
firmati in bono ut nō possint a bo
no deficere ñ possūt tñ in bono cre
scere sed. b. uirgo nō poterat a bo
no deficere sed poterat ī bono cre
scere et ꝑficere et iō ꝑ istā s̄ctifi
catōem excessit in puritate oēꝫ pu
rā creaturā. cū. n. esse matrē dei sit
dignitas supior que pure creatu
re cōmunicari possit necesse ē grāꝫ
ad hoc disponetē esse maiorem ōi
gratia que pure creature uiatrici
cōmunicať. et ideo ꝑuillegium sue
sanctificatōis excessit in hac parte
omnem s̄cificatōeꝫ et puritatē ali
orum. et sic intelligiť dictū Ansel
mi quod pro eo tēpore quo fuit s̄ac
tificata et ꝑparata ut esset mater
dei decebat ut illa puritate nite
ret qua maior sub deo nequit ītel

ligi q2 extūc fomes peĉi fuit extinc
tus ex cuius extictõe poterat dici
immunis a peccato originali et ac
tuali. Et sic puritas eius est ma
ior que possit intelligi sub xp̄o q2
xp̄s nec originale nec actuale pec̄m
babuit. ōs aūt alii sc̄ti et origiale
et actuale pec̄z habuerūt. beata au
tem uirgo fuit infra xp̄z ꝛ sup ōs
alios q2 peccatū quidē originale
ɔ̄xit sed ab eo statim mūdata per
totaz uitam suā ab omni peccato ac
tuali immunis fuit quod nulli alte
ri inter natos mulierū credit̄ esse
concessū ut dicūt Augu. Ber. et s̄cs
Tho. Itē post natiuitatē suam pu
ritas eius fuit supra ōs et infra pu
ritatem xp̄i nā xp̄s nūquam pecca
uit actualiter nec poterat peccare
omnes aūt alii sc̄ti potuerūt pec
care et de facto peccauerūt saltem
ueialiter beata aūt uirgo post na
tiuitatē suam anteq̄ȝ esset mater
dei poterat peccare q2 nūdū erat
ɔfirmata in bono sed tn̄ actualit̄
nūq̄ȝ peccauit. Ad argu. gº dicit̄ q̄
Ansel. in illa auctoritate nō loq̄t
de puritate quā habuit b. uir. ī sua
ɔceptõe sȝ de puritate quā habuit
in ɔceptõe filii dei p̱ quo tēpe per
fectissimū gradū adepta ē q2 non
solū ab ōi peĉo sicut fuit a tēpore p̄
me sc̄tificatõis ī utero uerū et̄ a
fomite peĉi pura fuit que puritas
maior fuit quā quecūq̄ȝ alia que sb
xp̄o deo rōabil̄r possit intelligi sȝ
ex hoc nō seq̄t̄ q̄ prius originale
peccatū nō babuerit. stant. n. simul

q̄ aliquod uas aliq̄n hūerit rubigi
neȝ et tn̄ nūc sit purissimum. unde
dicit̄ puer. 25. aufer rubiginē de
argēto et egrediet̄ uas purissimū
et simil̄r stat q̄. b. uirgo in sui cō
cōptõe fuerit sub peĉo origīali et
postmodū per sc̄tificatõez mūda
ta purissi⁹ fuerit. uñ p̄pheta dauid
cū prius dixisset. ecce. n. in iniq̄ta
tibus cōceptus sū. ꝛc̄. pastmōȝ sub
iunxit Asperges me dn̄e isopo et
mūdabor lauabis me et sup niuem
dealbabor. et eccl'ia cātat de apl'is
qui prius tn̄ fuerāt origīalibus et
actualib⁹ inq̄namētis sordidi Can
didiores niue nitidiores lacte rubi
cūdiores ebore āntiq⁹. et de ecc̄ᵃ dic
apl's q̄ xp̄s tradidit semet ip̄m p̄
eccᵃ ut ip̄am sc̄ificaret mūdans la
uac° aq̄ ī uerbo uite ut exhīet̄ sibi
gl'iosaȝ eccl'iam nō hn̄tem maculā
aut rugā aut aliq̄d hui⁹ sȝ ut sit sc̄a
ꝛ imacl'ata. Et de qualȝ aīa dr̄ toᵃ
pl'cra es amica mea ꝛ macl'a ñ ē in
te. Ad h° g° q̄ aliq̄d possit dici pu
rū ꝛ imaculatū sufficit q̄ tūc ñ hē
at ī se aliquā sorditatē aut maclā ñ
āt oporteret q̄ nūq̄ȝ fuerit sordidū
l' macl'atū. ꝛ ita bᵃ uir. fuit purissi
ma q̄n ɔcepit filiū dī ꝛ tn̄ ī sui ɔce
tõe hūit sordē peĉi ori. Et q̄ hᶜ sit
iten° Ansel. pȝ si iducāt̄ o⁹ uerᵃ ei⁹
nā ī li. d̄ ɔce. uir. sic dic. q̄suis d̄ mū
dissi⁹ uirgīe fi⁹ dei uerissīe ɔcept⁹
sit ñ h⁹ ea necc̄ite fc̄m ē q̄i d̄ pecca
trice pente iusta p̱les rōnabiliter
gnāri p̱ hui⁹ p̱pagationē nequiret
sed quia decebat ut illi⁹ hois ɔcep

77

tio de mr̃e purissima fieret. Nẽpe
decens erat ut uirgo quam deus
unigenito suo preparauit ĩ mr̃em i^a
puritate nitet qua ma.^{or} sub deo
nequit ĩtelligi. Qualr̃ aũt uirgo ea
dẽ p fidem mũdata sit dixi ubi aliã
rõem de hoc ipõ de quo hic agitur
redidi. hec i^e. ¶ Ubi est aduertẽdũ
q Anselmus 4.^{or} tangit in p̃dicta
aucte. Primo dicit q de mũdissima
uirgine filius dei sit cõceptus. ¶ 2°
ĩtulit q decebat ut illius hoĩs con
ceptio de matre purissima fieret.
3.° addidit q decens erat ut illa
quã deus unigenito suo p̃parauit ĩ
mr̃em i^a puritate niteret q̃ ma.^{or}
sub deo nequit intelligi. ¶ Ex his
tribus habet̃ q uirgo maria. qñ
ↄcepit filiũ ⁊ fuit p̃parata ut esset
mater unigeniti dei tũc fuit mũdis
sima ⁊ purissima ⁊ ea puritate ni
tebat q̃ ma.^{or} sub deo neq̃t ĩtelligi
q2 tũc fuit extinctus fomes ⁊ fuit
ↄfirmata ĩ bono ut dc̃m ẽ. ¶ Et ne
aliq̃s crederet q semp fuisset ĩ isti
puritate addidit q̃rtũ dicẽs Qualr̃
aũt uirgo p fidem a pc̃o mũda sit
dixi alibi uz ĩ li.° Cur deus homo
ubi sic formalr̃ dicit uirgo illa de q̃
homo ille assumptus est de quo lo
quimur de illis ẽ qui añ natiuitatẽ
suã mũdati sunt a pc̃is ⁊ ĩ ipã ei^9
mũdicia de ea assumptus ẽ h^c. i^e.
Ecce q loq^r de i^a mũditia ⁊ puri
tate quã hũit uirgo p eo tp̃re quo
fili^9 dei ex ea carnẽ assumpsit ⁊ h^{oc}
exponũt p̃dictã aucte3 sc̃s Tho. d.
Alber. Alex^r. ⁊. d. Bonauẽ.

¶ Licet eua nõ habuerit origĩale pec
catũ nõ tñ fuit dignior nec purior
uirgine gl'iosa que fuit ↄcepta in
pc̃o originali. Rõ 2^a.

SEcundo arguũt sic qđ ↄcessũ
ẽ eue nõ fuit decẽs denegare
matri xp̃i sed eue fuit collata gr̃a
ut ĩ suo ortu esset ĩnocẽs g.° ⁊ uir
gini debuit ↄferri.
¶ Ad istud rñdet̃ p.° q eua nõ fuit ↄ
cepta nec ex a° p̃pagata sed tm̃ ex
alio creata. iõ nõ põt sibi ↄuenire
peccatum originale qđ nõ põt cõue
nire nisi his qui p carnalem origi
nem ab alio p̃pagant̃. Defectus
enim qui ↄuenit rei in p̃ncipio sui
esse ñ potest ẽẽ nisi propt̃ defectũ
agentis sicut si aliquis nascat̃ clau
dus uel cecus ẽ p̃pter defectum uir
tutis que ẽ ĩ seĩe. Et quia deus nõ
patit̃ aliquẽ defectũ sue uirtutis iõ
quicq̃d habet esse ĩmediate a deo
nõ põt habere ĩ se aliquẽ defectu3
culpe q2 deus nõ põt esse cã culpe
⁊ propt̃ hoc nec eua nec angelus
nec qđcunq3 aliud ĩmediate creatũ
a deo põt ĩ p̃ncipio sui esse haber̃
aliqđ pc̃m Si ãt b^a uirgo fuisset
ĩmediate creata a deo nõ habuisset
peccatũ originale sicut nec eua. et
ideo q eua nõ habuerit peccatum
originale nõ fuit p gr̃am uel p pri
uillegium sed p naturam sicut nec
plãte nec bestie fuer̃t create cũ pec
cato origĩali. uñ ↄpare uirginẽ eue
q̃tũ ad pc̃3 origĩale ẽ sic si ↄparẽ
sc̃m Fran. ad unum asinum. Certũ

est enim q asinus nō hēt pecm ori
giale nō tamē sequit q sit purior
uel dignior b° Francisco qr asinus
nō ē aptus habere pecm origiale
ita licet eua nō habuerit pecm ori
ginale nō tñ ser q sit dignior uel
purior b^a uirgine qr eua nō erat
nata hīe pecm ex sua origine. Pre
terea nō oz quicqd collatū fuit eue
fuerit collatū uirgini. nam eua fuit
creata de costa ade ī etate pfecta ꝛ
ī paradiso terestri ꝛ b^a uirgo non
fuit creata sed gnāta ex spmate fe
tido ī pua quātitate ꝛ ī uētre feti
do Possem^9 ēt dicere q sicut eua
statim q uidit lucē fuit sine peco
ita ꝛ uirgo ī ortu q̄primū uidit lu
cē fuit pura mūda ꝛ sine peccato
originali ꝛ ɔcepit plem sine peco
nō aūt eua qr ut dicit Au^9. ī ypōn.
Caym pmus ex Adā gnātus origia
le pecm ī uēo mřis attraxit.

Rō. 3^a sūpta ex b° q angeli fuerit
pŝuati a peccato. rō. 3^a

Tercio arguūt sic. Sicut bta
uirgo erat sup ōs angelos ex
altanda ita fuit angelicis puilliis
honorāda sed ōs angeli fuerūt ab
ōi peccato pŝuati g° ꝛ b. uir.

Rō b^a uirgo fuit pŝuata ab ōi
peccato a quo fuert angeli.

Ad b° dicit p° q a quocūq3 peco
ad qd angeli hēbant possibilitatē
fuerūt pŝuati b^a ēt uirgo fuit pre
seruata Angeli āt nō habuert po
sibilitatem ad ɔhendū pecm origi
nale qr fuerūt ōs īmediate creati a
deo ꝛ nō per originē seialit ppa
gati sicut b^a uirgo sed bene habue
rūt possibilitatē ad peccādū actua
lit ꝛ ideo nō fuerūt pŝuati a pec
cato originali sed ab actuali qr p
seruatio a malo psupponit possi
bilitatē ei^9 qui preseruat ad illd
malū q̄stum est in se Alioquin pos
set dici q asinus ꝛ lupus ꝛ planta
essent preseruati a peccato origia
li qd ē absurdum Et iō sicut ange
li bti fuerūt preseruati ab ōi peco
actuali ita ꝛ b^a uirgo ipa tam ī sui
ɔceptione ɔxit originale pecm qd
nō pot̄ant angeli ɔhere. 2° dir ne
gando ɔñam qr b^9 Francisc^9 sm er
rorē ipoꝝ ē exaltat^9 sup oēs ange
los ꝛ sedet ad dexta3 xpi ꝛ b3 ueri
tatē exaltatus ē sī aliquos angelos
qui fuerūt preseruati ab ōi peccato
origiali ꝛ ueiali ꝛ mortali nō tñ
ser q b^9 Frā. fuerit pŝuat^9 a peco
origiali ꝛ actuali cū īn legēda ei^9
dicat q usq3 ad uigesimū etatis sue
annū tps suū uane uiuēdo ɔsump
sit ꝛ post iuuenilē lasciuiā ad dm
se ɔuertit igr ꝛc.
Rō 4^a ex. hoc sumpta q filius de
buit mřem honorare.

Quarto arguūt sic. q ɔdidit le
gē oz legē obseruare s3 xps
ɔdidit legē hōia pr̄em tuū ꝛ mřez
tuam ergo debuit hanc legem ob
ŝuare qd ñ fecisss nisi mře3 a peco
originali pŝuasset g° uirgo fuit ab

78

originali peccõ preſuata .

Ad h° di[r] pmo q rõ illa nil facit ad ppoſitũ qr cũ b[ta] uirgo tpre ſue cõceptionis nõ eſſet mater filii dei nec pro tũc ĩcarnatio filii dei ſit ex ea facta ideo ptũc nõ currebat lex de honore pentum qñ enim uirgo cõcepta fuit nõ erat maẽ dei. iõ filius dei nõ obligabat ad illud p ceptum. 2° dicit q eodem modo poſſet dici de auis ꝛ pauis et aliis pentibus ex quib[us] deſcendit xpus q totalr debebãt honorãri ſicut dic Bernardus ĩ ep[l]a ad lugdun. ſi. n. derogaret dignitati xpi q mater ei[us] ſit ĩ originali cõcepta ita derrogaret uirgini q mater ei[us] fuiſſz ĩ originali ɔcepta. Di[r]. 3°. q tali hõie. b. uir. hõrare ñ decuit. mlti. n. honores decent regi q̃ non decẽt regine . unde dicit Bernardus q honor regine iudiciũ diligit uirgo regia falſo nõ eget hõre ueris honoꝝ titulis cumulata . hor[ta] ſane ĩtegritatẽ carnis uite ſanctitatẽ mirare fecũditatẽ ĩ uirgĩe plẽ ueneraꝛe dñam extolle neſcientẽ uel cõcipiendo ɔcupiſcentiã ul ĩ pariendo dolorẽ magnifica grẽ ĩuentricẽ mediatricẽ ſalutis reſtauratricẽ ſcloꝝ pdica uenerandã angelis deſideratã gentib[us] pſiarchis pphetis pui ſam Exalta deniqȝ exaltatã ſuper choros angeloꝝ ad celeſtia regna. Sed ĩmunitatẽ a peccõ ĩ ſui cõceptione nõ ei attribuam[us] qr hoc non eſſet uirginẽ honorare ſed ei[us] honori detrahere Libenẽ uirgo glioſa hoc honore carebit quo uel pcꝭz honorari ł falſa uideẽ induci ſanctitas h[c] ille. Nam ut dic Bonauẽ: non oĩs honor qui attribuiẽ filio attribuend[us] ẽ mři qr ſic non eſſet filiũ honorare ſed poti[us] ei ɔtumeliã facere dũ honorẽ ſibi ſoli debitũ attribuim[us] aliis. hic aũt honor uz eſſe imunẽ ĩ ɔceptione a peccato originali ſolius filii dĩ ẽ qr ſolus ipe ɔceptus ẽ de ſpu ſancto ꝛ nat[us] de uirgĩe. iõ talis honor nõ eſt attribuẽdus uirgini q̃ ɔcepta ẽ ex cõmixtione ſexuũ ſicut ꝛ ceti . lz. n. uirgo maria bẽnda ſit ĩ deuotione ꝛ reuerentia maior tamẽ ſecundũ fidei pietatem ꝛ honor ꝛ deuocio erga filiũ bẽnda ẽ ex quo ẽ ei oĩs honor ꝛ gl[ori]a. Ad ſingularẽ ãt dignitatẽ xpi ptiet q ipe ſol[us] ſit ſine peccõ ꝛ q ipe ſolus oĩbus aperuit ianuã regni celeſtis. iõ h[c] dignitas nequaqȝ uirgini attribuẽda ẽ nedum mřis excellẽtia ampliaẽ filii gl[ori]a minuaẽ ꝛ ſic maẽ pnoceẽ q̃ magis uult filiũ extolli qȝ ſe ipaz utpote creatorẽ qȝ creaturã . ſufficiũt eiz uirgini alie dignitates qs ſibi filius cõtulit ꝛ dedit ĩ qbus ſſexcedit õs huãnas laudes ꝛ deuotiões iõ ñ oz nouos hõies ɔfingere quia ipa nõ indiget noſtro mẽdatio que tantũ plena ẽ ueritate. dico g° q nõ decuit aliquã purã creaturã lege cõi ɔceptã imunẽ eſſe ab originali peccõ ĩ ſui ɔceptõne ſed iſtud

priuilegiū reſuari debuit ſoli xº deo et hōi qui ñ lege cōi ſʒ de ſpū ſācto ɔcept᷒ ē ut ñ gl'ıet' i ɔſpectu ſuo oīs caro ſed ſibi ſoli ſit honor iſte et gl'ia in ſec'la ſec'orū hec ille Uñ ſcs thomas in.3º.ſen.di.3ª ēē inq̄t ſine pecō ut dic augu.ē ꝓpuʒ xpi q̄ ipe nūq̄ȝ origiali nec actuali pecō infectus fuit ſʒ uirgo mr̄ ei᷒ fuit qdē infecta origiali pecō ī ſui cōceptōe a quo emūdata fuit añq̄ȝ ex utero naſceret' ſʒ a pecō actuali oīo immuīs fuit quā ſecuta ē per li gatōeȝ fomitis et gr̄e ſāctificātem ⁊ ꝑ cuſtodiā diē ꝓuidētie.poſtmo dū uero in ipa ɔceptōe carnis xpi in q̄ pº debuit refulgere imuītas pecī.credēdū ē ꝙ ex prole redūda uerit in mr̄em grā tāta q̄ fomitem total'r extigueret et peccādi poten tiaȝ aufferret.ſicut.n.adā peccāte pmo in ipo uita mortalis ⁊ fomes pecī apparuit ⁊ poſtmōʒ ꝑ ipʒ ad poſteros deriuata ē.ita et in xpo ꝑ ei᷒ pecō ſatiſfaciēte debuit pmo immortalis uita et carētia fomitis apparere ut ſicut per primū dicit' pīceps uel primogenitus mortuo rū et pmitie dormiēciū.ita ⁊ ꝑ ſm diceret' ſactus ſcorū a quo pº ma ter que eū geſtabat ī utero ſāctifi caret' ⁊ fomes ⁊ potētia peccādi ab ea total'r auferret'. et iſte ē p mus honor queʒ exhibuit filius ma tri ſue hic ē honor et hec ſūma pu ritas q̄ ſoli hōi deo debebat' ut ipe q̄ uniuerſalis redēptor totius hūani gēris nulla unq̄ȝ peccati ſer uitute teneret' cui ɔpetebat oēs a peccati ſeruitute redimere ⁊ ideo nō hāc xpi puritatem beata uirgo debuit habere ſed maximā ſub hac q̄ȝprimum fuit mater xpi decens fuit ut haberet Poſtq̄ȝ ergo fuit ma ter xpi eam ſumme honorauit ⁊ a fomite peccati mundauit ac ab ōi peccato preſeruauit Hec ı̄ᶜ ī ſñia. Idem dicit .d. Alber.

Rō.5ª.ē aſſumpta ex hoc ꝙ ꝑ pec catū homo ē odibilis do ⁊ deputa tus eterno ſupplicio.

Quinto arguūt ſic Si.b.uirgo fuiſſet ɔcepta ī pecō originali ſeq̄retur ꝙ ipa aliū fuiſſʒ ī indigna tione filii ⁊ ī obligatione ſupplicii ⁊ ī excluſione ɔſortii beatoꝝ cū per pecm̄ originale pª dicat' fı̄ª ire ⁊ cōdempnet' ad perpetuā carentiā die uiſionis ſed hᵉ oīa ſunt abſur da de gl'ioſa mr̄e dei gº ⁊c̄.

Rñſio Licet bª uirgo fuerit ī pecō concepta fuit tamē a filio ſuo ſup oēs creaturas dilecta.

Ad hāc rōem dicit' pº ꝙ beata uir go fuit ī indignatione filii dei ⁊ in excluſione conſortii beatoꝝ ñ fina liter et cū effectu finali ſed ſecun dum preſentem ī iuſtitiam peccati originalis ſub qua fuit in inſtanti ſue conceptionis a quibus tamē ōi bus fuit ꝑfecte libata ꝑ ſcificatōeʒ cām poſt aiationem ⁊ conceptiōeʒ

79

6 vñ loquendo de dilectione quantum ad affectum deus ab eterno
plus dilexit virginem quam ideam puram creaturam et numquam
cum odio habuit. sed quantum ad effectum hanc dilectionem
cepit [illegible] post sanctificationem et cum [illegible] glorificationem

suam et passionẽ xp̄i seq̄ntẽ dicere
g°. b. uir. fuisse ĩ ĩdigãtõe filii dei
cũ effectu fiali ẽ ualde absurdũ sꝫ
dicere ip̄aꝫ fuisse in tali ĩdignatõe
ꝑ modicũ tẽporis ⁊ postmõꝫ fuisse
liberatã nõ ẽ ĩcõueĩens ꝑmaxie cũ
talẽ nõ incureret uolũtate ꝓpria
sꝫ uolũtate p̄mi p̄ncipii nature q̄d
suo pec̄o totã naturã infecit et eaꝫ
odiosam d̄o reddidit. 2° dĩ q̄ esse
odiosũ deo uł ĩ ĩdigãtõe filii d̄i põt
ↄtĩgere. dr. u°° ꝑ actũ ꝓp̄e uolũta
tis ⁊ ex merito ꝓp̄e actõis. ⁊ h° ẽ
ualde absurdũ credere de uirgĩe
A° mõ nõ ꝓp̄a actõe sꝫ uteria ↄcep
tõe ꝑ ꝑ ĩordĩatã uolũtatẽ p̄mi ꝑẽtis
a q° seĩalr ꝑ ꝓpagat ⁊ h° ñ ẽ ab
surdũ sꝫ nec̄iuꝫ credere de uir. hãc
.n. nãlẽ irã. b. uirgĩeꝫ ĩ utero m̄ris
ↄ̄xisse sc̄i afirãuere doc. ꝑ h° nił di
gnitati eius pł derogãtes q̄s si di
cerẽt eã ex illo corupto seĩe nr̄i pri
mi ꝑẽtis fuisse cõceptã. lꝫ. n. oĩs fi
deliũ turba firmit̃ tẽat. b. uir. ex sĩ
gulari p̄uilegio hãc digitatẽ obtĩe
re q̄ nũq̄ actuali cłpa aut deordĩa
tõe uolũtatis ꝓp̄e odiosa ł haboĩa
bilis d̄o extiterit ip̄aꝫ tñ origĩalẽ
culpã uterĩa cõceptõe ↄ̄xisse neces
se ẽ cõfiteri si ĩtegra sacre scripture
et sãctorũ doc. ꝑuari debeat aucto
ritas. ⁊ si xp̄s redemptor ablutor
medicus saluator mediator et recõ
ciliator. b. uir. ⁊ toti9 hũani gẽris
sit cõfitẽdus. Dicitur. 3°. q̄. b. uir.
postq̄ fuit m̄r dei uł postq̄ fuit ex
utero nata nunq̄ fuit deo odiosa
uel ĩ indignatõe filii sꝫ sẽꝑ fuit ab
eo dillecta et amica eius quod nul
li alteri credit̃ ẽẽ cõcessũ.

Rõ. 6. sũpta ex eo q̄ ꝑ pec̄ꝫ aĩa dr̃
adultera ⁊ fornicatrix.

Sexto arguit̃ sic. Si. b. uirgo fuisset in origĩali pec̄o cõcep
ta seq̄ret̃ q̄ xp̄s fuisset filius adul
tere fornicatõis et corupte. h° aũt
sũt nephãda. g° ⁊c. añs ꝓbat̃ q̄r
pec̄ꝫ ꝑ quod hõ seꝑatur ab eo est
adulteriũ fornicatõ et coruptõ nõ
solũ sp̄ual sed ẽt corporalis. si g°
beata uirgo hũit pec̄ꝫ origĩale per
quod nõ ẽ dubiũ hoĩeꝫ a deo seꝑa
ri seq̄t̃ q̄ ip̄a fuit adultera fornica
trix et corupta nõ solũ mẽte sꝫ ẽt
corpore.
Beata uirgo fuit pura et casta et ĩ
corupta licet ĩ origĩali pec̄o fuerit
cõcepta.

Ad h° dr̃ p° q̄ si hec rõ cõlude
ret seq̄ret̃ q̄. b. frãciscus et õs fra
tres mĩores essent filii adultere ⁊
fornicatricis et sic õẽs essent sp̄u
rii quod tamen ipsi non libenter
concederent. ꝓbat̃ ↄñ q̄r matres
eorũ sũt cõcepte in pec̄o origĩali
Secundo dicit̃ q̄ antecedens ẽ
falsũ. et ad ꝓbatõeꝫ dicit̃ q̄ non
omne peccatũ est adulterium uel
fornicatõ sp̄ualis sed solũ pec̄ꝫ mor
tale nec ẽt õe pec̄ꝫ mortale sꝫ solũ
pec̄ꝫ idolatrie ĩ sac̄ scriptura appel
lat̃ adulẽriũ ł fornicatõ sp̄ualis. uñ
osee. 4. dicit̃. sp̄s fornicatõnuꝫ dece

pit eos et fornicati sunt a deo suo
sup capita mõtiū sãctificauerūt et
sup colles accēdebāt timiama ideo
fornicabūt filie uestre et spõse ue
stre adultere erūt qm̄ cū meretri
cibus cõuersabāt et cū effemīatis
sacrificabāt. Solū ergo pecz mor
tale pcipue idolatrie dr adulteriū
siue fornicatō spual. rō aūt huius
qz adulteriū psuppoīt mrimoniuz
et despõsatões. et iō ubi nullū pre
cessit matrimõiū nullū pōt seq a
dulteriū sz ipaz cõceptõem hõis p
quā ɔhit origiale pecz nullū pces
sit mrimoniū cū deo uel despõsatō
q fit p fidē ⁊ gĩaz qz añ ɔceptões
hõ nõ erat. pecz aūt actuale quod
ppria uolūtate cõmittit mrimoiuz
et despõsatō spualis cū deo pōt p
cedere qz p baptismū et fidē que
possūt precedere pecz mortale et ñ
pecz origiale frāgit mrimoniuz et
despõsatões factā cū deo. Itē forni
catō saltē prima psupponit itegri
tatē sz in hoīe añ ɔceptões nulla
precedit integritas qz añ cõceptões
hõ nõ ē ⁊ p ɔñs nõ ē integer sz añ
quā hõ peccet mortalr iō p pecm
mortale et nõ p pecz origiale hõ
pōt dici foricari spualr. 3º qz forni
catō et adulteriū ɔcomittūt p ac
tū pprie uolūtatis ñ aūt pecz ori
giale sed bñ pecz mortale cõmitit
p propuz actū uolūtatis eius ī quo
est pecz iō pecz mortale et nõ ori
giale pōt dici adulteriū ⁊ foricatō
spualis lz ergo. b. uirgo fuerit con
cepta in pcō origiali qz tñ nunq̄
peccauit actualr iō xᵖ nunq̄ fuit fi
lius fornicatõis et adulterii. quod
uero addūt q pecz origiale est co
ruptio mentis et carnis dico q co
ruptio pōt capi duplr uno mō per
oppositū ad uirgitatē mētis et car
nis secundū quā psona ult expiri
uel de facto expit delectatõem ue
nereaz ⁊ isto mō absit. b. uirgiem
fuisse corruptā qz ipa fuit uirgo pu
rissima añ partū in ptu ⁊ post ptū
Alio mō pōt capi corruptō priuatīe
p priuatõe alicuius habitus ul p
fectõis secūdū q pᵒ dicit corrup
ta qñ caret habitu uel pfectõe quā
ē apta nata hēre sicut hõ dr corrup
tus qñ caret uisu ⁊ hᵒ mō nᵃ huᵒi
dicit corrupta qz ē puata iustīa ori
gīali que fuerat ditᵃ primo pent
collata pro se et tota sua posterita
te et hᵒ mō ɔcedit q. b. uir. fuit ī
sui ɔceptõe corrupta. i. puata origīa
li iustīa sicut et alii ab adā seialr
ppagati ⁊ hᵒ nõ ē absurduz imo
necessariū ē ⁊ oppoītū eius ē im
piū et hēticū ut ex supioribᵒ pz.
Rō. 7. opīonis ɔrie. licet. b. uir. fue
rit ī pcō ɔcepta fuit tñ uir. imacu
lata ⁊ pfulgida.

SEptio arᵉ sic. b. uirgo fz ori
ginē dr mr itacta mr imacu
lata spõsa xpi speciosa sñ macla stel
la pfulgida ⁊c. sz ista ñ uz posse di
ci de ea si in macula et tēbra pcī
origial ɔcepta fuiss dic. n. apls ad
cor. 6. q pticipaᵒ iustīe cū iniqtate
aut q societas lucis ad tenebras ⁊c
Respõsio.

80

Ad hoc dicit negando ꝯñam ⁊ rõ
bui⁹ ẽ q꜡ ista nõ ꝯdicũt imo stant
simul pri⁹. s. i cõceptione habuisse
maculã originał peci et postmodũ
sanctificatione suscepta spõsã ⁊ pu
rissimã ⁊ sine õi macula fuisse ꝫm
illud ꝓuer. 25. Aufer rubiginẽ de
argento ⁊ egredieť uas purissimũ
qꝺ gilbertus exponẽs dĩc habuit
si qdem b. uirgo in sui ꝯceptione
rubiginẽ originał peci que ꝯhiť ꝺ
uetustate cłpe ade sed postmõꝫ igͤ
sci spũs purgata fuit ⁊ ex tunc pu
rissimũ illud uas ꝑmãsit q꜡ nec lu
tũ mortał nec puluerẽ uenial peci
postmõm hũisse crediť hͨ. iͨ. Itẽ
stãt simł ꝗ pᵒ aliquis tenebris pec
cati obnoxius fuerit ⁊ postea grã
sanctificõnis suscepta nõ solũ stella
prefulgida sed lux esse dicatť ꝫꝫ il
lud ad eph. 5. Fuistis alñ tenebre
nũc aũt lux ĩ dño. Et de scis doc
toribus dıʳ daniel. Qui erudiunt
multos ad iustitiã q̃i stelle ĩ ꝑpetu
as eternitates erũt. Et de bto fran
cisco qui ꝑ pecm mortale fuit tene
brosus ⁊ inimicus dei dıʳ ꝗ fuit ꝑ̄
fulgida gẽma ⁊ amicissim⁹ dei. Et
iõ stãt simł ꝗ b. uirgo ĩ cõceptiõe
sua fuit fiª ire ⁊ sub macula culpe
⁊ postmõm scificatioĩs bñdcõne su
scepta nõ solũ stella ꝑ̄fulgida sed ẽt
lux esse dicatť et filia dei ⁊ sponsa
xpi dulcissima sine õi macula. ¶ Vñ
⁊ aĩe elcõꝝ lꝫ pecm originale ⁊ ẽt
actuale habuerit dicũť tñ sponse
xpi ꝫm illud ad cor. iiᵒ. despõdi. n.
uos uni uiro uirginẽ castam exhĩre
xp̃o. ¶ Et de qualꝫ uirgine cantat
eccã ueni spõsa xpi accipe coronam
⁊c. ¶ Et de bta agnete cãtat ecclia
elegit sibi agnus imaculatus famu
lã imaculatã. ¶ Et de qualibet aĩa
b. cãtat eccª tota pulcra es amica
mea ⁊ macula nõ ẽ in te. ¶ Et illꝺ
sine macula stãt aĩe añ tronũ dei.
Et de bonis uiris beati imaculati
ĩ uia qui ambulãt ĩ lege dñi. ¶ Et
illud q ĩgrediť sine macula ⁊ opať
iustitiã. ¶ Et de aplis cantat Can
didiores sunt niue nitidiores lacte
⁊c. ¶ Et dauid aspges me ysopo ⁊
mũdabor lauabis me ⁊ sup niuem
dealbabor. et tamen omẽs illi fue
rũt ꝯcepti ĩ pcõ originali. ¶ Sic
igiʳ b. uirgo qñ fuit mať xpi fuit
stella ꝑ̂fulgida ⁊ spõsa speciosa et
sine omni macula sꝫ qñ ꝯcepta fuit
habuit maculã peci originalis ¶
Et lꝫ ꝺs nõ possit facere ꝗ nõ ha
buerit maculã poĩto ꝗ fuerit cõcep
ta in pcõ originali põt tñ facere
ut nõ hẽat maculã. ¶ Ad hᵒ enim
ꝗ aliq̄d sit puꝝ ⁊ sine macula non
exigiť ꝗ nunq̃ꝫ fuerit sordidũ uel
maculatũ sed sufficit ꝗ nunc nõ sit
turpe nec maculatũ. ¶ Ad illud ãt
qꝺ ĩduciť ex aplo ꝗ nõ ẽ ꝑticipa⁹
iustitie cũ iniq̄tate diciť ꝗ nõ ẽ ad
ꝓpositũ ut de se pꝫ cũ ꝯria eidem
subiecto ꝑ eodẽ tp̃re sił ĩesse non
possint diuersis tñ tp̃ribus succĩue
ĩesse põt. ¶ Ceteꝝ lꝫ nõ ꝯueniret ꝗ
futura mať dei ex merito prop̃e ac
tionis aliqꝺ pecm ĩ se hr̃et qꝺ uitu
ꝑabile ẽ ⁊ odiosum ꝑ ꝯptiõnem ad

que tale pecc̃ h̄et nõ tñ derogare
uidet̃ dignitati eius quod p̱ origi
nale pecc̃ attraxit ⁊ sub eo p̱ modi
cam morulã fuerit et p°ª excellẽtis
sime mũdata fuerit ut sp̄uali nitore
õs creaturas excesserit.
Ratio octaua. b. uirgo fuit p̄suata
ab originali q̄ ab actuali.

Octauo arguũt sic. beata uirgo
fuit presuata a pecõ ueĩali q̄d
est minus malũ g° debuit p̄serua
ri a pecõ origiali quod ẽ mai°. Cõ
sequẽs patet. ꝯsequẽtia p̱batur q̄
peccato ueĩali debet̃ tm̃ pena tem
poralis pecõ aũt origiali debet̃ pe
na eterna.

R̷o beata uirgo licet sit p̄seruata
ab actuali nõ tñ ab originali.
Ad quod r̃ñdet̃ negãdo ꝯñaz. Et
ratio huius ẽ q̄ pecc̃ ueĩale ẽ pecc̃
p̱sone p̱cedẽs ex aliqua inordiãtõe
uolũtatis eius cui tale pecc̃ attri
buit̃. pecc̃ aũt origiale ẽ pecc̃ na
ture p̱cedẽs nõ ex actu p̱p̄e uolũta
tis eius qui cõcipit̃ sed ex inordĩa
ta uolũtate eius in quo fuit natura
eius primo ĩtegra unde ꝯ̄bit ex ac
tu quo natura p̱pagat̃. decuit au
tem ut ea que in matrem dei erat
elligenda omni peccato persone
careret et q̄ tota eius uita ab õi
actuali inordinatõe proprie uolun
tatis esset immunis nõ aũt decuit
eam carere in sui cõceptõe pecõ na
ture quod cõtrahit̃ per p̱pagatõ
nez carnalem nature absq3 actuali
deordinatõe prop̄e uolũtatis eius

qui cõcipit̃ p̱p̱ rões assignatas. cũ
uero adõit̃ q̄ si deus p̄suauit eam
a minori malo debuit ẽt presuare a
maiori. dicit̃ p° q̄ ꝯñã nihil ual3
q̄ cõstat q̄ minus malũ est dolor
p̱tus a quo. b. uirgo fuit p̄suata q̄3
mors a qua nõ fuit p̄suata. Jtẽ s̄m
ipsos. b. Jo. ba. fuit p̄seruatus a ue
niali et tñ nõ fuit p̄suatus ab ori
giali Jtẽ dñs presuat multos ab in
firmitatibus corporalibus quos nõ
preseruat a morte corporali nec
sp̄uali. Jtem scõs Jnnocẽtes et ali
os q̱ moriunt̃ añ baptismum p̄sua
uit a peccato ueĩali quos tñ ñ p̄ser
uauit a pecõ origiali. Jtẽ multos a
dulteros ⁊ foricatores ⁊ sacrilegos
et hereticos presuauit ab igne tẽ
porali quos tñ nõ p̄suauit ab igne
eternali. Jtẽ eadẽ rõ ẽ de p̄suatõe
a malo ⁊ d̄ p̄uẽtione collatõis boni
Modo sicut deus ante x̄pi concep
tõez preueĩt. b. uirgiez mĩori bono
sc̄ificãdo p̱ gr̃az et ligãdo fomitez
g° s̄3 hãc ꝯñaz debuit eã p̄uenire
maiori bono beatificãdo p̱ gl̃iaz et
uisionẽ diuinã quod tñ nõ est factũ
Jõ ꝯñã illa nulla est. Non. n. fuit
neccesse p̄suare. b. uirginẽ a pecca
to origĩali siue actuali siue accipia
tur neccessitas absoluta de qua cla
rũ est q̄ q̄cq̱d deus agit adex̃ libe
re agit et nõ de necessitate q̄ põt
illud nõ agere siue accipiat̃ neces
sitas ex suppõne finis ut. s. ex ea x°
poss3 ꝯcipi sine pecõ ori. dato. n. q̄
beata uirgo fuisset ꝯcepta in pecõ
origiali sicut de facto fuit et dato

4

81

ē τ quod peccass3 mortali quod ne
pharīū ē dicere adhuc xᵒ dei filius
de ipa cōcipi potuiss3 sn̄ origi. pec
cato. licet aūt pśuatio ab actuali
peco nō fuerit neccia fuit tn̄ decēs
et ɔgrua Unde dic Ansel. in li. de
ɔcep. uir. q̄uis de mūdissima uir.
filius dei sit uerissime ɔceptᵒ n̄ tn̄
hoc ea necessitate factū ē q̄i de pec
catrice parēte iusta ples iōabit̄
gērari p huiᵒ ppagatōne3 neqret
s3 q2 decēs erat ut illius hoīs con
ceptio de m̄re purissima fieret. dī
.2ᵒ. q. fl3 ē q. pec3 ueiale sit minᵒ
malū q̄3 originale q2 ut dic. S. Tho.
in. 2. sen. di. 33. q. 2. arti. j. ad. 2. In
ter oīa peca mīmū ē origīale pecm
eo q. mīmū hēt de uolūtario nō. n.
ē uolūtariū uolūtate istiᵒ pᵉ s3 uo
lūtate pncepii nᵉ tm̄. pec3 aūt ueia
le est uolūtarium uoluntate pᵉ ī
qua est τ iō mio2 pena debet ori
gīali peco q̄3 ueiali. nec obstat q. o
rigīale nō ɔpatit secū gr̄a3 sicut
ueīale. pūatio. n. gr̄e nō hēt iōem
culpe s3 pene nisi in q̄tū ē uolūtaᵒ
ūn ubi minus ē de uolūtario minᵒ
est de cl̄pa. Sʳ ēt nō obstat q. pec
cato ueiali tm̄ pena tēporal debet
q2 hᵒ ē p accidēs in q̄tū decedens
ī peco uentali tm̄ hēt gr̄a3 uirtute
cuiᵒ peᵃ purgatia ē. Si āt ueniale
pec3 sine gr̄a in aliquo esset talis
decedēs in peco ueīali ppetua3 pe
nam hēret et sēsus τ dāpni. hec iᵉ
Et ī eodē liᵒ. di. 42. q. 1. arti. 5. ad
.7. dic q. si p īpossibile aliqs sine
gr̄a decederet cū peco ueiali tātū
talis puiret peᵃ etna sēsus ēt dāp
ni. Si aūt decedat cū origīali tātū
talis n̄ hēbit nisi penā dāpni etnā.
Uñ ī pᵃ. 2ᵉ q. 87ᵃ dic q. pena etna
debet origīali rōe sb̄ci puati gr̄a
Idem dic ī. 3ᵒ sen. di. 19. ar. 3ᵒ q. 1ᵒ
Et ī oībus sue doctrīe locis tenet
q. pecm ueniale ɔpatum cuicūq3 pᵉ
ē grauius q̄3 origīale q2 hēt plᵒ de
uolūtario ut habet ī. q. de malo
.q. 5. arᵒ. 1. ad. 9. τ arᵒ 2ᵒ ad. 8.
Rō. 9ᵃ q. iᵉ qui hūit pecm n̄ pōt
uenire ad gr̄am sr̄ angelos.

Pono arguūt sic. si bᵃ uirgo
nō fuisset pseruata a peco ori
ginali tūc nō potuisset puenire ad
sūmā gr̄am. pʳ ɔᵃ q2 nō ē ɔgruū ut
gr̄a ifundat nisi sm̄ dispōnem sub
iecti. magis aūt uidet esse subiec
tū dispositū q̄to ē puriᵒ. si āt mat
dn̄i ɔxisset originale pecm tūc puri
ores eēnt āgeli q̄3 ipa gᵒ gr̄a eiᵒ n̄
excederet gr̄am angelo℞ gᵒ τc̄.
Rn̄sio. Licet bᵃ uirgo fuerit in ori
giali peco ɔcepta ōs tam̄ angelos
excessit ī gr̄a.
Ad hᵒ rn̄det q. si ista ɔᵃ ualeret
seqret q. sc̄s iᵉ τ faphicus Fran.
eēt ifra ōs angelos q2 fuit ɔceptus
ī peco origīali τ p ɔn̄s minᵒ puriᵒ
q̄3 angl̄i gᵒ minᵒ hūit de gr̄a q̄3 an
geli τ p ɔn̄s minᵒ de gl̄ia qd tn̄ n̄
ē ɔcedēn nec ipi ullo mō hᵒ ɔcede
rēt. b. Frā. esse ifra ōs āgelos quē
dicūt sedere ad dextam xpi. b̄ ergo
Frā. ē s̄. m̄ltos anglos q̄uis hūerit
pecm originale τ actuale a fortio
ri bᵃ uirgo pōt esse s̄. ōs āgelos

q̄ solū origīale hūit. ſo dr̄ q̄ gr̄a hoībus nō dat̄ ſm maiorē ul̄ mīorez puritatē cū ōs pueri q̄bus īfundit̄ ſint equales ī puritate ſed oībus pueris merito paſſionis xp̄i ſꝫ bn̄placitū diē uolūtatis gr̄a īfunditur poſtmōm ꝑ actus uirtuoſos ſm maiorē ⁊ minorē conatū auget̄.
Un̄ bt̄a uirgo. poſtq̄ꝫ hūit uſū rōis quolꝫ actu merebat̄ augmētū gr̄e uſq̄ꝫ ad mortē ſuā ⁊ ſic ꝑ ꝯtinuum augumentū exceſſit gr̄am oīum angeloꝝ. Et ſr̄ dr̄ de bō Fran. ⁊ d̄ aliis ſcīs. Nō tn̄ credas q̄ bt̄a uir. dum eſſet ī uia hūit maiorē gr̄am q̄ꝫ angeli ī p̄ria qꝛ hō ē falſū. ſed maiorē q̄ꝫ ipi hūerint dū eſſēt uiatores ſed poſt mortē hūit maiorez gr̄am q̄ꝫ angeli ī p̄ria.

Rō. 10ᵃ ſumpta ex eo. q̄ ille q̄ peccauit nō pōt ꝑuenire ad ſūmā īnocentiam. Ratio 10ᵃ

Decimo arguūt ſic. ſi bt̄a uir. nō fuiſſet pſeruata a pec̄o orīginali nō ꝑueniſſet ad illā ſummā īnocentiā ad quā ꝑuenit qꝛ īnocentior ē ille qui nūq̄ꝫ fuit pec̄o obnoxius q̄ꝫ ille q̄ poſtq̄ꝫ fuit obnoxius recōciliatus ē. Priᵒ āt īnocentia fuit in adam ⁊ eua ⁊ angelis q̄bus ē īnocentior uirgo gᵒ ⁊c̄.

Si bt̄a uir. fuerit ī originali ꝯcepta ad ſūmā tn̄ puritatē ſub d̄o ꝑueīt.

Ad hō dr̄ q̄ ꝯn̄a nulla ē. Priᵒ qꝛ claꝝ ē q̄ pueri q̄ poſt baptiſmū añ uſum rōis moriunt̄ ſūt magis īnocētes q̄ꝫ bᵗ. Fran. qui peccauit actu aliī ⁊ tn̄ nō ꝯcederēt q̄ illi pueri eēnt ſ. ſcm̄ Fran. 2ᵒ dr̄ q̄ beata uirgo ad ſummū gradū puritatis ꝑuenit ꝑ depurationē ab oī pec̄o qꝛ poſtq̄ꝫ fuit ſc̄ificata nullo unq̄ꝫ pec̄o ꝑſonali fuit obnoxia. Unde a quocūq̄ꝫ pec̄o angeli fuer̄t pſeruati ēt uirgo glīoſa fuit pſeruata. An geli āt fuer̄t preſeruati a peccato actuali ⁊ nō ab originali qꝛ ñ hn̄t potentiā ꝯhendi originale pec̄m. ut dc̄m eſt ſupius. Ideo ⁊ bt̄a uir. fuit p̄ſuata a pec̄o actuali. Et iō q̄ꝫtum ad hoc fuit īnocentior ⁊ purior qualꝫ creatura qꝛ ꝑ uirtutem gr̄e pueīt ad tantā puritatē ut nll̄ā ī ſe pec̄i maculā h̄ret nec ēt adhuc uiatrix exn̄s peccare poſſet q̄ nulli creature unq̄ꝫ fuit ꝯceſſum.

Rō. 11ᵃ. ex eo ſumpta q̄ qui peccauit deū nō pōt pfecte diligere.

Undecimo arguūt ſic. Ille q̄ nūq̄ꝫ peccauit plꝰ diligit d̄m q̄ꝫ ille qui peccauit quātūcūq̄ꝫ peccatū ſit ſibi remiſſum ⁊ ꝑ ꝯn̄s plꝰ diligit̄ a deo ⁊ aᵒʳ gr̄a ei ꝯfert̄ ⁊ glīa Si ergo bt̄a uirgo aliñ peccaſſꝫ minus diligeret deū q̄ꝫ angeli. ⁊ ꝑ ꝯn̄s h̄ret minorē glīam q̄ꝫ angeli. Cōfirmat̄ iſta ꝯn̄a qꝛ iᶜ q̄ peccauit tenet̄ h̄re dolorē ⁊ triſticiā d̄ peccato ⁊ q̄ꝫdiu ē ī iſta triſtīa affectus eiꝰ minus tendit ī d̄m ⁊ ꝑ ꝯn̄s miorem ēt glīam ꝯſeʳ.

Ro bt̄a uirgo licet fuerit ī pec̄o cōcepta plus tn̄ dilexit d̄m q̄ꝫ q̄cunq̄ꝫ alia pura creatura.

82

Ad hoc rñdet p° negãdo maiorẽ q2 clarꝫ est q̃ b° Fran. peccauit actu alit ꝛ multi ꝑuuli inocentes ꝛ an geli nunq̃ peccauerũt mor^r. ꝛ tñ nõ ɔ cederet q̃ b°. Fran. minus dilexerit deũ ꝛ minorẽ grãm ꝛ gl'iam conse cutus fuerit q̃ illi ꝑuuli. Itẽ õs apl'i ꝛ beata mar^a mag^a peccauert mortalit ꝛ tñ hũndantiorẽ grãm habuerũt q̃ multi qui nunq̃ pecca uerũt mor^r. Unde xp̃s i euãgelio d̃ mar^a mag. dicit cui plus dimitit plus diligit Et apl's pau. ubi inq̃t hũndauit delictũ ibi suphũndauit ꝛ gr̃a. 2° di^r q̃ b^a uirgo nunq̃ peccauit ul' hũit peĉm de quo tene ret hr̃e ɔtritionẽ q2 ɔtritio solũ ẽ de illis pec̃is q̃ ex duritia nr̃e uolũ tatis i nos ꝑueniũt qualia sũt pec cata actualia Peĉm ãt originale nõ nr̃a uolũtate iductũ est. sed ex ori gine nature uitiate ɔtractum. ideo de ipo nõ põt esse ɔtritio sic dic sc̃s Tho. i. 4° sen. di. 17^a. q. 2. ar. 2°.

Dicit ulteri^9 q̃ q̃uis caritas sit nũc cã dolẽdi de peĉo actuali ex cu ius tñ dolore hõ meret augumẽtũ gr̃e cũ sit actus uirtutis tñ in p̃ria sc̃i ita erũt ꝑfusi gaudio q̃ dolor i eis locũ hr̃e non poterit ꝛ ideo de peĉis ñ dolebũt sed poti^9 gaudebũt de diuina mi̾icordia qua eis sunt peĉa relaxata sic dicit sc̃s Tho. in 4°. sen. di. 43^a ar. 5. q. i. ad. 3.

Rõ. 12^a ex h°q̃ meli^9 uidet ñ esse q̃ i peĉo esse.

Undecimo arguũt sic. si bt̃a uirgo fuisset i originali peĉo ɔcẽpta melius fuisset ei nõ esse uel dampnatã esse q̃ ɔceptã ẽẽ ꝛ ꝑõns q̃ mr̃em dei esse. Hec aũt sunt ne pharia g° ꝛc̃. Probat assumptuꝫ ꝛ p° q̃ meli^9 fuisset ei dampnatã esse q2 malũ pene est minus q̃ ma lum culpe. Sed dampnatũ esse est malũ pene ꝛ ɔceptum esse i peĉo ẽ malum culpe g° ꝛc̃. Item ꝓbatur quantũ ad aliã ꝑtem uꝫ q̃ melius fuisset ei nõ esse q̃ ɔceptam esse i peccato q2 melius ẽ nõ esse q̃ i pec cato esse ẽm illud. Math. 20. bonũ erat ei si natus nõ fuisset homo i^e g° si beata uirgo hũit peĉm i sui ɔceptõe meli^9 erat ei nõ ẽẽ ul' dãp natã esse q̃ ɔceptã ẽẽ.

Rñ^o et si bt̃a uirgo ꝑ modicũ fue rit i originali meli^9 tñ ei fuit esse q̃ nõ ẽẽ ꝛ q̃ dampnatã esse.

Ad hoc respõdet q̃ ñ esse ul' dãp nãtũ esse põt ɔperari ad esse i pec cato dupliciter ẽꝫ q̃ o^r põt intelli gi aliq̃s esse in peĉo. Uno modo ẽẽ in peĉo absolute ꝛ ꝑseuerãter sine fine. Alio modo nõ absolute nec ꝑseuerãter sꝫ pro paruo tẽpore ẽẽ in peccato ꝛ postmõꝫ semꝑ esse in gr̃a ꝛ gl'ia. hec presupposito dico q̃ dato q̃ ɔcederet q̃d tñ nõ ɔcedo q̃ nõ esse ul' dampnatũ esse ẽ mai^9 malũ q̃ i peccato ẽẽ per tp̃e modi cũ ꝛ postmõm esse sine peĉo i gr̃a ꝛ gl'ia Alioquin oporteret dicere

q̄ melius fuiſſet b⁹ Fran. ⁊ oĩbus frĩbus minorib⁹ q̄ nunq̄ȝ fuiſſent uł q̄ dampnati fuiſſent cũ ŏs ↄcep ti ſint ĩ pecõ originali. qđ ẽ manife ſte abſurdũ ⁊ ĩcõueniẽs. Itẽ illud qđ dꝛ meli⁹ erat illi ſi natus non fuiſſȝ hõ iꝰ b⁹ Jero. expoĩt de 2ᵃ na tiuitate que ẽ ex utero ⁊ nõ de pᵃ que ẽ ĩ utõ Si enim mortuus fuiſſȝ ĩ utõ mr̃is poſtq̄ȝ fuit aĩatus penã dampni tm̃mõ hũiſſet ⁊ nõ penaȝ ſenſus ꝑpter pecȝ originale ſed ex eo q̄ tradidit xpȝ ↄſecut⁹ ẽ penã dampni ⁊ ſenſus ⁊ ideo nõ hũiſſet tm̃ malũ ſi mortuus fuiſſet ĩ utero mr̃is ⁊ nõ natus ex utero uiu⁹ ſic hũit. Item falſum ẽ q̄ meli⁹ ſit ñ ẽẽ q̄ȝ ĩ pecõ originali ẽẽ q̄ʒ claꝝ ẽ q̄ pueri decedentes cũ pecõ origi nali laudãt ⁊ bñdicũt dñm qui crea uit eos ⁊ poti⁹ deſiderãt eſſe q̄ȝ nõ ẽẽ uel dampnati eſſe. Ipi. n. nolẽt eſſe dampnati q̄ʒ hñt penã ſẽus ⁊ dampni. Uñ Aug. ĩ liᵒ de li. ar. dicit Cõſidera q̄ȝtum bonũ ſit eſſe qđ miſeri ⁊ bt̃i uolũt. Maius. n. bonũ ẽ eſſe ⁊ miſeꝝ eſſe q̄ȝ oĩo nõ eſſe. Si q̄s ãt dicat uellem nõ eſſe magis q̄ȝ miſeꝝ Rñdebo. mẽtiris q̄ʒ cũ miſeꝛ eſſe nolis eſſe tamẽ uis hec ille. Unde dampnati non ap petũt nõ eſſe ꝑ ſe ſed ſolũ ꝑ accñs ĩquãtũ ẽ ablatiuũ pene. ideo poti⁹ uellẽt eſſe ſub pecõ ĩſempitnum dũ mõ nõ hñt penã q̄ȝ nõ eſſe ſicut alibi declaraui. Itẽ ẽt illud qđ addit q̄ melius fuiſſet beate uir gini nõ eſſe uel dampnatã eſſe q̄ȝ ĩ peccato eſſe ñullo mõ ẽ ueꝝ nẽc ẽt ſequit dato ⁊ ↄceſſo q̄ melius foret non eſſe uel dampnatã eſſe q̄ȝ ĩ pec cato eſſe q̄ʒ quãdo fuit mater dei ñ erat ĩ peccato. ſed ab eo totaliter fuerat purgata nõ ſolũ adueniente maternitate dei ſed etiã anteq̄ȝ ex utero naſceret:

Ratio. iȝᵃ ex eo q̄ ille q̄ peccauit nõ põt eſſe ſpẽale hitaculũ dei.

Terciodecimo arguũt ſic. Spe ciale hitaculũ dei debet ſpãli mõ ꝑpari ſed bt̃a uirgo fuit ſpẽa le hitaculũ dei tam ſm corpus q̄ȝ ſm animã ergo ſpãli mõ debuit ꝑ pari ſed ſi ↄcepta fuiſſet ĩ origĩali peccato nõ fuiſſȝ ſpẽali modo pre pata ergo ⁊c. ·Nõ·

Rñ⁹ Licet uirgo hũerit originale pecm̃ fuit tñ ſpãle hitaculum dei prepatum.

Ad hoc rñdet q̄ beata uirgo fuit ſpẽale hitaculum dei ſingulari mõ ꝑparatum dato q̄ ĩ pecõ originali ↄcepta fuerit q̄ʒ ꝑceteris ſc̃is ſpẽa lius fuit ab originali pecõ mũdata In ſua enim ſc̃ificatione copioſius ceteris munus g̃ře accepit ut nõ ſo lũ purgaret a pecõ originali. ſed ut ẽt tota eius uita redderet ĩmu nis ab omni peccato actuali tã mor tali q̄ȝ ueniali qđ nulli alteri ſc̃oꝝ fuit unq̄ȝ ↄceſſuȝ Et ideo ei⁹ ſancti ficatio exceſſit ſc̃ificationẽ alioꝝ ⁊ q̄ȝtũ ad celeritatẽ q̄ʒ citiſſime poſt

83

animationem fuit scificata Et q̄stū ad magnitudinem q̄ maius donū gr̄e suscepit sic dicit scs Tho. i. 6°. quol3° ⁊ .d. Bonauē. Un̄ beatus Bernardus i s̄mone sci Johannis b̄te dic. Cum. n. o͞s hoi͞es i iniquitatibus ɔcepti sint neīem unq̄ mortaliū legimus itra m̄rna uiscera scificatum p̄ter Jeremiā ⁊ Jo. bap. quanq̄ de singulari uirgie nulla sit ambiguitas q̄m ⁊ ip̄a m̄nis circūscepta uiscerib⁹ sublimiori⁹ scificationis gr̄a mūdata sit utpote sacrariū illud i quo deus ⁊ dei filius carnē erat suscepturus Inefabiliori. n. mō sp̄us scs sup̄uenit i uirginem q̄3 i aliis q̄ eā tota dinitatis plenitudo sine mensure discretiōe p̄fudit ut nō solū a pec̄is abluta ⁊ repleta sp̄u sed de sp̄u sc̄o ɔcepisse credat̄ h̄ i° Et ad lugdun̄. Ego i q̄t puto q̄ copiosior scificatiōis bn̄dictio i eā descenderit que nō solū exclusō pec̄o ip̄ius scificaret ortuz sed ⁊ totā uitā deinceps ab omni pec̄o custodiret imunē q̄d nemini alteri i natis q̄dem mulieꝝ credit̄ esse ɔcessum h̄ i°. Un̄ Inno. papa 3°. i op̄e suo solēpni q̄d icipit Innocētius s̄uus s̄uoꝝ dei Dilecto filio suo Arnaldo abbati cistercien̄ salutē ⁊ ap̄licam bn̄dictionē. Prophetica auctoritas ⁊c̄. In s̄mone purificationis beate uirginis qui icipit. Ecce ego mitto angelū meū ⁊c̄. sic dicit Oportuit prius uirginē prepa rari anteq̄ dei uerbum ɔciperet. Cum enim angelus admirāti uirgini modum ɔceptōis ⁊ ordinem iudicasset statim i° summo desiderii fragrātis ardore ɔsensit dn̄s Ecce ācilla dn̄i fiat m̄ s̄3 uerbū tuū Stati aūt sup̄uenit sp̄us sanctus i eam. Pri⁹ q̄dem uenerat i eam cū i utero m̄ris aīam eius ab originali pec̄o mundauit sed ⁊ tunc sup̄uenit i eā ut carnē eius a fomite peccati mūdaret q̄tenus esset sine ruga p̄rsus ⁊ macula. Tyrānum itaq̄ carnis langoreȝ nature fomitē pec̄i sicut opinor i ea p̄rsus extinxit ut de cetero nō posset i mēbris eius isurgere motus ex lege pec̄i ɔtra legem iustitie neq̄ caro ɔcupiscere possit aduersus spiritū i qua pax dei que exupat oēm sensum debebat corporalit̄ h̄itare Hac igit̄ mūdatione carnis b̄a uirgo a sp̄u sc̄o sic p̄parata mox de purissimis sanguibus eius sp̄us scs corpus redemptoris sp̄ali quadā op̄one formauit ⁊ sine tp̄is iteruallo nouā aīam ifundendo creauit quā una cū corpore uerbū assumpsit h̄ i°. Ex quibus patet q̄ nō obstāte q̄ b̄a uirgo fuerit cōcepta i originali pec̄o fuit tn̄ sp̄alr̄ preparata.

Ro. 14ᵃ sumpta ex hoc q̄ qui p̄seruat̄ a miori ma⁹ debet p̄uari a maiori. 14ᵃ.

Quartodecimo arguūt sic a maiori obprobrio magis debuit preseruari q̄3 a minori. sed maius obprobriū ē humane nature pec̄m

originale q̄ꝫ ĩcineratio ſed ab inci
neratione fuit preſeruata ut dicit
Aug⁹.ergo ⁊c̄.

Rn⁹ nõ opꝫ ꝙ ſi beata uirgo fuit
preſeruata ab ĩcineratione fuerit ꝑ
ſeruata ĩ ſui ꝯceptione .

Ad h⁹ rñdet̃ p⁹ ꝙ nõ oꝫ ſi b⁹ uir
go fuit preſuata a minori malo ꝙ
ẽt fuerit preſeruata a maiori quia
mors ẽ maius malũ q̄ꝫ doᵒʳ ꝑtus
⁊ tñ fuit preſuata a doʳᵉ ꝑtus ⁊ ñ
a morte. Et hoc iõ fuit q2 pere cũ
dolore ẽ maledc̃io data mulieribuſ
ex uirili ſeĩe ꝯcipiẽtib⁹ Bt̃a ãt uir
go nõ ex uirili ſeĩe ſed miſtico ſpi
ramĩe ꝯcepit iõ fuit exẽpta a doʳᵉ
ꝑtus q2 ubi nõ fuit cã nõ dꝫ eſſe ef
fectus. Uñ dĩc ſc̃s Maximus ĩ ſmo
ne aſſumptionis bt̃e uirgis Tunc
ſeq̄ret̃ doʳ ꝑtum ſi ꝑceſſiſſet libi⁹
ꝯceptũ hec i⁹ Sed mors ẽ maledi⁹
⁊ pena pec̃i data oĩbus qui ſeĩal r
deſcẽdunt ab adam ⁊ iõ a tali pena
nõ debuit uirgo eſſe exempta ſicut
nec a cã talis pene . Et ſi fuiſſet a
tali cã preſeruata fuiſſet ẽt a tali
pena exempta. Dicit̃ 2⁹ ꝙ ñ oꝫ
ſi bt̃a uirgo fuit preſeruata ab ĩci
neratione ꝙ ẽt fuit ꝑſeruata a pec
cato originali q2 ut dicit ſc̃s Tho.
in. 4⁹.di.45ᵃ a multis pie credi
tur ꝙ bt̃s Johãnes ſtatiꝫ poſt mor
tem reſurectionis gl̃ia ⁊ ĩmortali
tatis fuerit dotatus nõ tam̃ opꝫ ꝙ
ſi ab ĩcineratione fuit preſeruatus
ꝙ ẽt ab originali fuerit ꝑſeruatus

Item Augu. ĩ 2⁹ de bap⁹ ꝑu.dicit
hoc deniqꝫ q̇buſdam ĩ fine largie
tur ut mortẽ iſtã repentinã cõmuta
tione nõ ſentiãt ſed ſimul cũ reſur
gentibus rapiant̃ ĩ nubibus obuiã
xp̄o ĩ aera. ⁊ ſic ſemper cũ domĩo
uiuãt hec ille. Unde Magʳ.ſen.
⁊. S.doc.in.4⁹.ſen.di. 43ᵃ.dicit
ꝙ illi qui inuenient̃ ĩ fine mundi
ſtatim reſurgẽt poſt mortẽ ⁊ nũq̄ꝫ
ĩcinerabunt̃ ĩ tantum ꝙ propter
iſtud breuiſſimũ tp̄us quidam ſeq̄n
tes Jero .dixerunt ꝙ nunq̄ꝫ moriẽ
tur De q̇bus tamẽ ꝯſtat ꝙ pec̃m
originale habuerũt igit̃ ꝯñа illa
nulla eſt.

Ratio.15ᵃ. Q2 beata uirgo fuit ꝑ
ſeruata a macula carnis debuit ꝑ
ſeruari a macula aĩe.

QUintodecimo arguũt ſic Ma
gis debuit beata uirgo preſ
uari a macula aĩe q̄ꝫ a macula cor
poris ſed ne macularet̃ ĩ carne cõ
cepit ⁊ peperit ſine corruptõe uir
ginitatis ergo ne mac̃laret̃ ĩ aĩa
debuit ꝯcipi ſine pec̃o originali.

Beata uirgo fuit ꝑſeruata a corru
ptiõe carnis nõ tamẽ fuit ꝑſeruata
a macula mẽtis. Rñſio.

Ad hoc Rndetur ꝙ maior forte
haberet ueritatem ſi beata uirgo
fuiſſet preſeruata ab omni macula
uel ab omni obprobrio corporis :
Hoc nõ eſt uex̃ q2 penalitates cor

porales que sunt obprobria huma
ni corporis ut sunt fames sitis et
mors bt̄a uirgo sustinuit ⁊ iō nō oȝ
ꝙ fuerit p̄seruata ab omni obpro
brio aīe Si aūt maᵒʳ ītelligatᵘʳ nō
de preseruatione ab omni obpro
brio sed ab aliqᵒ ꝑticl'ᶦ tūc maior ē
ↄcedenda sed tamē nō sequitᵘʳ ꝙ sit
preseruata ab originali sed sufficit
ꝙ sit p̄seruata ab actuali Quare
aūt nō ab originali sicut ab actuali
dico ꝙ cā ē q̄r sanctificaᵒ que fit ꝑ
grām naturali ordine p̄cedere pōt
omne pecīn quod ↄmittitᵘʳ per ac
tum ꝓprie uoluntatis eius qui pec
cat Et iō pōt grā tam copiosa con
ferri alicui que ita īclinabit li. ar
bitriū ī bonū ut nullo mō flectatᵘʳ
ī malum sicut fuit gratia sanctifi
cationis beate uirginis sed gratia
sanctificationis nō potest p̄cedere
unionem aīe ad corpus ex libidino
so semine ꝓpagatum sed semꝑ se
quitᵘʳ talem unionem ut dicūt sācti
⁊ quia aīa ex unione ad corpus sic
ꝓpagatum inficitᵘʳ ¶ Ideo per sancti
ficationem nō pōt anima p̄seruari
a peccato originali sicut preserua
tur ab actuali quia gratia p̄cedere
pōt actū quo ↄmittitᵘʳ pecȝ actuale
nō āt p̄cedere actū qᵒ ↄ̈bitᵘʳ origīale
peccatum Unde sicut nō fuit prese
uata ut ↄciperetᵘʳ ex semine fetido
⁊ tamē fuit p̄seruata a corruptione
uirginitatis ī cōceptu et partu quia
grā potuit precedere actū quo amit
titur uirginitas ex qua grā potuit
mereri ut esset ↄgrua mater dei.sȝ

gratia nō potuit precedere cōcep
tionem . ita q̄r gratia p̄cedit actū
quo cōmittitᵘʳ peccatum actuale.
¶ Non aūt precedit quo ↄtrahitᵘʳ pec
catum originale ¶ Ideo fuit preser
uata a peccato actuali ⁊ a corrup
tione uirginitatis ⁊ nō fuit p̄serua
ta cōceptione passiua corrupti ⁊ fe
tidi seminis nec a ↄ̈ctione peccati
originalis. ¶ Item ꝭm istam cōse
quentiā omnes hoīes cū preseruati
sint a corruptione carnis sequere
tur ꝙ preseruati fuissent a corrup
tione mentis ⁊ perↄn̄s nullū unq̄ȝ
hūissent pecīn qd' ē h'ticum.

¶ Ratio .16ᵃ. sumpta ex hoc ꝙ deus
potuit uirginem preseruare ab
omni peccato.

SExtodecimo arguūt sic. Qd'
potuit ⁊ decuit a deo fieri
circa cōceptionem beate uirginis
illud ē factū. sed potuit ⁊ decuit a
deo fieri ꝙ ipa sine originali pec
cato ↄciperetᵘʳ ergo ita factum est.
Minor uero probatᵘʳ p̄mo ꝙ potue
rit quia quicq̇d pōt deus ab aliquo
remouere pōt et illud nō infundere
sed peccatum originale pōt deus
postq̄ȝ inest a quolibet remouere
ergo potuit anteq̄ȝ īesset illud non
infundere. ¶ Item ista obligatio
dependet ex sola uoluntate diuina
que hāc legem instituit ut aīa que
unitᵘʳ corpori seminaliᵗʳ ab adam ꝓ
pagato ↄtrahat originale peccatū
Cum ergo diuina uoluntas ea que

sunt ad extra ɔtingenter et libere causet potuitꝰ aĩa beate uirginis originale pec̃m nõ causare suspendendo legem suam. ¶ Et iste sunt ꝓbationes Francisci de maronis. Quod aũt decuerit probatᷣ qꝛ decẽtius est uas deputatũ altari uel ad custodiã corporis xp̃i preseruari a macula q̃ȝ postea emũdare qꝛ nunq̃ȝ post maculã erit ita mundũ sicut priꝰ sed beata uirgo fuit uas ad recipiendũ deitatem ⁊ ad recipiendũ corpus ergo ab omni malo debuit preseruari.

¶ Rñdeo de poᵗ ordinata nõ potuit nec decuit fieri ut uirgo preseruaretᷣ a peccato originali.

¶ Ad hoc rñdetᷣ negando minorẽ q̃ȝ tum ad utrãq̃ȝ ꝑtem. Et pᵒ q̃ȝ potuit fieri a deo licet.n.de poᵗ absoluta deus potuisset preseruare beatã uirginẽ a peccato originali cuȝ hoc nõ implicet ɔ̃dictionẽ qꝛ nõ ĩ possibile erit apud deũ omẽ uerbũ nõ tamẽ potuit de potentia ordĩaria que ɔsideratᷣ circa ordinem a diuina sapientia institutũ ẜm quẽ ordinatũ fuit ut xp̃s esset oĩum redemptor ⁊ saluator. ¶ Ut autem clarius inotescat adducã .S. Tho. in.3ᵒ sententiaꝝ .di.i.q.2ᵃ artiᵒ 3ᵒ ubi querẽs an pater potuerit assumere carnem. Rñdit dicens Quod cum ĩ agentibus ex libertate uolũtatis executio potentie sequatᷣ uoluntatis imperiũ ⁊ ordinẽ rõnis ɔsideradũ ẽ quãdo poᵉ diuine attribuitᷣ aliq̃d Utrum attribuatᷣ poᵉ ẜm se ɔsiderate qꝛ tũc illud dicitur posse de poᵗ absoluta ulᷣ attribuatur sibi ĩ ordine ad sapiam uel presciam ⁊ uoluntatẽ eius qꝛ tũc illud dicitᷣ posse de poᵗ ordinaria. unũ simpl'r ɔcedendũ ẽ q̃ȝ pater ⁊ sp̃s sc̃s potuit carnẽ assumere de poᵗ absoluta cũ hoc ɔ̃dictionem nõ implicet nec ĩcarnatio defc̃m aliquẽ ĩ ꝑsona ĩcarnata ponat sȝ nõ potuit ĩcarnari de poᵗ ordinaria ꝓpter aliũ ordinẽ a diuina sapientia istitutum hec ille. ¶ Illud ergo quod potuit deus facere de potentia ordĩaria circa uirginẽ illud factum ẽ sed non illud quod potuit fieri de poᵗ absoluta. Alias oporteret q̃ȝ fecisset eã sine semine ⁊ q̃ȝ fecisset eã beatam et cum corpore ĩmortali ⁊ glioso qꝛ hoc facere potuisset de potentia absoluta iõ bene dictũ ẽ q̃ȝ de poᵗ absoluta deus potuit btãm uirginẽ preseruare ab origiali peccato sed nõ potuit de poᵗ ordiaria ꝑpẽ aliũ ordinẽ a ðĩa sapiᵗ institutũ ẜm quẽ ordinatũ ẽ ut ipe dei fiꝰ existeret oĩum boĩum redẽptor saluator medicus ⁊ recõciliator. Sȝ si fuisset preseruata nõ ĩdiguisset redemptione sanatõne ablutione et reconciliatione facta per xp̃m sic q̃ȝ preseruatus esset ne captitatem incurrisset non indigeret solutione pretij ad sui redemptionem. Et qui preseruatus essȝ ab omni egritudine curatõe medici opꝰ ñ hreti

Et qui preſuatus eſſet ab oī turpi
tudine lotōne nō īdigeret. et ꝗ pre
ſeruat⁹ eſſ3 ab īnimītia alicui⁹ re
cōciliatione nō īdigeret Cum ergo
a deo fuerit ab eterno predeſtinatū
ut xp̄s ꝑ ſanguinē ſuū tanq̄ꝫ ꝑ p̄ciū
ſolōnis debitoꝝ nr̄oꝝ a captiuita
te diaboli ōs hoīes redimeret. Et
ꝑ ip̄m ōs hoīes tanq̄ꝫ ꝑ medicinā
ſalubrem ab īfirmitate ſanaret. Et
ꝑ ip̄m tanq̄ꝫ ꝑ lauacrū nr̄e regnā
tionis oēs hoīes a pec̄is ablueret.
ac deo nos recōciliaret. iō nō fuit
poſſibile btām uirginē nec alium
puꝝ hoīem a pec̄o originali preſer
uari loquēdo de po. ordinaria.
Et de h⁹ mō īpoſſibilitatis uidet
loq̄ Aug⁹. ī li° de fi. ad pe. ubi dicit
dum ſibi adīuicem uir ⁊ mlr̄ er mi
ſcent ut filios generēt nō ē ſine li
bidine ꝑentum ɔcubit⁹ ⁊ ob hoc fi
lioꝝ ex eoꝝ carne naſcentiū nō pōt
eſſe ſine pec̄o ɔceptus hec i°. Itē3
ī li° de ꝑfcōne iuſtitie circa p̄nci.
Si inq̄t potuiſſet hō ſine pec̄o eſſe
nō mitteret de⁹ filiū ſuū ſine pec̄o
qui ſanaret hoīes a pec̄is aliud. n.
ē eſſe ſine q̄rella qđ de multis ē ī
hac uita dc̄m ē Et aliud ē eſſe ſine
pec̄o qđ de ſo° unigenito dici potu
it h° i°. Itē ī ench. ſolus dn̄s y⁹
potuit ita naſci ut ei op⁹ nō eēt re
naſci h° i°. Itē ī. 13° de tri. naſce
bat x⁹ nllm hn̄s nec hiturus oīo
pec̄m ꝑ quē renaſcerent͛ lıbandi a
pec̄o q̄ naſci ñ p̄nt ſine pec̄o. Itē ī li.
de nr̄a ⁊ gr̄a dicl3 eum fuiſſe l' eſſe
ɔſentiā hoīes ſiñ pec̄o ꝗ ꝑfc̄tām hn̄t
ul' hūerūt caritatē dei n° tn̄ mō po
tuiſſe l' poſſe eē ſiñ pec̄o ɔfir° niſi
iuſtificatos a pec̄is gr̄a ꝑ ieſū xp̄m
.d. n. h° i°. Ad p̄mā āt ꝓbōem dr
p° ꝙ p̄ſupponit unū qđ ē hr̄ticum
u3 ꝙ pec̄m īfundat͛ ſiue īp̄mat͛ aīe
a deo qđ ē nephādiſſimū q2 ut dic
Au⁹. deus ñ ē cā ei⁹ cui⁹ ē ultor ē
āt ultor pec̄i iō nō pōt eſſe cā ei⁹ ⁊
tn̄ ſm rōem tuā p̄ſuppo^r ꝙ ds̄ im
p̄mat ul' īfundat pec̄m ī aīa. nā tu
ſic dicis. q̄cq̄d pōt ds̄ ab aliquo re
mouere potuit illud nō īfūdere. ſ3
deus potuit pec̄m originale remo
uere a uirgine g° potuit illud ei ñ
īfundere Et ſic [illegible] deteſtāde cū
ɔclōnem [illegible] defendere conaris
ī aliā hr̄ſi3 īcurris ⁊ ds̄3 eē cā3 pec̄i
aſſerere nō uereris. 2° dr ꝙ q̄d
quid pōt deus remouere ab aliquo
poſtq̄ꝫ ei illud īfundit potuit ds̄ po.
abſoluta illud nō infūdere ſ3 nō de
po. ordinata quia p̄ſuppoſito ꝙ il
lud īfunderit mihi aīam fuit ordi
natum ſm ſuam ſapientiā ut illam
mihi infunderet. ⁊ ſic per compa
rationē ad ſuam ſapientiā non po
tuit nō infundere Deus ei3 nō fac
omnia que pōt facere ſed ſolum ea
que ordinauit ſm ordinē ſapientie
ſue uelle facere et q2 ordinauit ſm
ſuā ſapiētiā ut. b. uirgo nō p̄ſuare
tur a pec̄o origīali iō l3 de potētia
abſoluta potuiſſet eā p̄ſuare nō tn̄
eā p̄ſeruauit et iō dr non potuiſſe
de potētia ordīata. Ad aliā rōe3 di
cit͛ ꝙ hr̄ticū ē dicere pec̄3 origīale
eſſe legē a uolūtate diuina ordiatā

qꝛ deus nō ordinauit nec instituit
pecȝ cū sit summuȝ bonuȝ ⁊ oīa tra
hat et inclinet ad se ipȝ. pecȝ autē
est ꝑ sepatōeȝ et diuisionem a deo
Peccīm igitᷣ originale nō ē a deo sȝ
ē a primo parēte ꝑ carnalē ꝓpaga
tōeȝ. pena aūt huius peccati bñ ē
lex instituta a deo ut quicūqȝ ē ꝑti
ceps culpe ꝑmi pētis sit et ꝑticeps
et pene sicut ī ꝑma ꝑte huiꝰ trac
tactus ē declaratū. secūdo dicitᷣ ꝙ
dato ꝙ deus potuisset eā ꝑſuare n̄
tū eā preseruauit qꝛ n̄ decuit qꝛ hᵒ
derogaret dignitati xp̄i cui ꝑ singu
lari ꝓrogatiā sācti attribuūt ꝙ so
lus fuit sine peco ut dictū fuit in
.13. rōe secūde uie nō.n. oīs honor
qui attribuitᷣ filio attribuēdus est
matri qꝛ hoc nō esset uirgineȝ ho
norare sed eius honori potius de
trahere dū honorē filio soli debitū
alti attribueremꝰ ut dicit bonauē
tura. sufficiūt.n. uirgini alie digni
tates quas sibi filiꝰ cōmunicauit et
dedit in q̄bus supexcedit ōs hūa
nas laudes et deuotōes ⁊ iō nō oȝ
nouos honores cōfigere ad honorē
uirgīs que non indiget nostro mē
dacio. hūc.n. honorē non debuit de
us alteri attribuere uel cōcedere
nisi ei qui singl'ari modo ɔceptus
est ut eius cōceptō singl'ari ꝑuile
gio dotaretᷣ .uȝ dño Jesu xp̄o per
quē oīum salus et redēptō facta ē
ut nō glorietᷣ nec iustificetᷣ in con
spētu eius oīs uiuēs sȝ sibi soli sit
honor iste et gl'ia ista in secula secu
loꝝ . sub hac aūt xp̄i puritate de
cuit ut uirgo gloriosa maiorē puri
tatē hēret quā alius qꝛ ut dicit An
selmus decebat ut illa puritate ni
teret qua maior sub deo hōie neqt
intelligi. decuit ergo ut eiꝰ puritas
esset sub puritate xp̄i. si aūt fuisset
a peccato originali preſuata eius
puritas non fuisset sub puritate
xp̄i sȝ fuissȝ equal' ei gᵒ n̄ decuit eā
preſuare a peco ori. Ad exēplū aūt
quod adducitᷣ de uase dr̄ pᵒ ꝙ nō ē
ad ꝓpoītū ꝓꝓ tria. pᵒ q̇dē qꝛ uas
ex n̄ᵃ sue factōis nō hēt ꝙ fiat cum
macl'a hoc aūt ex n̄ᵃ sue carnalis cō
ceptōis hēt quod cōcipiatᷣ et gēre
tur cū macula peci origīalis secun
dū statū ī quo n̄ᵃ nūc ē et fuit post
peccatū primi ꝑētis . secūdo qꝛ non
est ordiatū a deo quod quodlibet
uas materiale ad eius ſuitiū depu
tatū ul' ad custodiā corporis xp̄i an
teq̄ȝ de facto ad illud applicetᷣ ꝑus
purgetᷣ et mūdetᷣ a deo miraculose
sicut fuit ordīatū a deo ab eterno
ꝙ .b. uirgo anteq̄ȝ de facto applica
retᷣ ad receptōeȝ corporalē dītatis
et ɔceptōeȝ xp̄i miracl'ose purgareᷣ
et mūdaretᷣ a peco originali quod
natural'r q̄si cōtraxit ⁊ sic purgata
et mūdata diuinitatē reparet. Zᵒ
qꝛ nō ē ordīatū a deo ꝙ uasa inmū
da ab ip̄o mūdarētᷣ sicut fuit ordi
natū a deo ꝙ ōs q̇ macl'aȝ origīalē
ɔxērt ꝑ xp̄i passionē redimātᷣ ⁊ lib
entᷣ. ⁊ iō ꝓꝓ hᵉ tria silitudᵒ n̄ ualȝ.
si āt hec tria essēt ī exemplo de ua
se tunc similitudo careret sed ma
ior ꝓpositō essȝ falsa qꝛ tūc decētiᵃ

esset uas nō ꝓſuari et postea pur
gari quā ipsū preseruari. dī. 2º ꝙ
si illud uas materiale post maculā
ita ꝑfecte mūdaretᷣ ⁊ purgaretᷣ ꝙ
nullum aliud de facto esset ita mū
dum et purum et pulcrū sicut ip
sum tūc illud uas decētius depura
retᷣ ad ſuitiū altaris quā quodcun
ꝗ aliud dato ꝙ alia uasa nūꝗ fuis
sent maculata sꝫ nūc esset pulcerri
mū sine omni macula quā pulcritu
dinē decetero non posset amittere
uerbigratia accipio decē uasa argē
tea nūꝗ maculata q̄ tñ possūt ma
clari demū accipio unū uas argen
teū maclatū sꝫ ꝑ ignē ul' artificiuꝫ
ita depuratᷣ et ornatᷣ ac ab ipo oīs
rubigo auffertᷣ quod supexcedit in
pulcritudine decore ac puritate oīa
alia uasa. Et hāc pulcritudinē nō
pōt decetero amittere. certū ē ꝙ
decētius esset rē ꝓtiosā ut corpus
xpi collocari in tali uase sic mūdo
et puro ꝗ in aliis q̄ nō sūt ita pul
cra dato ꝙ nūꝗ fuerīt maclata. sic
est in proposito qꝛ. b. uir. lꝫ fuerit
cōcepta in macula peci originalis
tñ ꝑ sāctificatōem fuit ita perfecte
mūdata ꝙ in pulcritudine excessit
mūditiā et puritatē cuiuslibꝫ pure
creature. uñ si fuissēt accepti ōs ā
geli et adā et eua in statu īnocētie
ex una parte et. b. uir ex alia parte
postꝗ fuit sāctificata ut esset mr̄
dei. pulcritudo ⁊ mūditia. b. uirgi.
quā nō poterat decetero amittere
excessisset in cētuplo pulcritudinē
naturalē quā hēbāt illi et eā ēt po

terant amittere et iō decēti⁹ fuit
ut diuinitas collocaretᷣ in utero. b.
uirgis ꝗ in quocūꝗ alio. Ipa. n. fu
it illud uas de quo dī ꝓuer. 25. au
fer rubiginē de argēto et egredie
tur uas purissimū. dicitᷣ tertio ꝙ si
illa rō esset efficax sequeretᷣ ꝙ ñ
decuisset xpꝫ cōmunicasse stigmata
corporis sui immaculati ⁊ ꝓtiosissi
mi. b. frācisco qꝛ corpus eius fuit
maculatū et deturpatū fetore luxu
rie et inquinamentis et sordibus
multoꝝ pecoꝝ [illegible] aliū Igitᷣ ſm ꝓ
dictam ꝯñam illas quinꝗ ꝓciosas
margaritas ñ debuit collocare ī tā
deturpato ⁊ fetido corpore sꝫ poti
us in corpore p[illegible] cādore uir
gineo decorato quale fuit corpus
multoꝝ. Et tamē hoc nō libenter
ꝯcederent īmo predicant ꝙ nulli al
teri ꝗ Beato Francisco. ille pretio
se margarite unꝗ fuerunt cōicate
quod tamē falsum est. Dicimus
ergo ꝙ licet corpus beati Franci.
ante. 20. etatis sue annū fuerit de
turpatū tamē postmōm igne carita
tis ⁊ penitentie fuit ita ab omni
sorde depuratū ut meruerit illas
pretiosas margaritas recipere. sic
⁊ beata uirgo post sanctificationē
fuit ita mūdata ut digna esset ī se
ipsum filiū dei recipere.

Ratio. 17ª. sumpta ex redemptiōe
xpi perfecta.

DEciosep⁹ arguūt sic. decuit ꝙ xp̄

ſingulari et nobiliori modo mřem
redemerit et liberauerit q̄ȝ alios
ſȝ nobilior mod⁹ redēptōis fuiſſet
ſi pſuata ēēt a peco q̄ȝ ſi cōtraxiſſȝ
⁊ poſtea liberata fuiſſet g° ⁊c̄. Mi
nor pbat̄ p ex̄ᵐ. pmū ē q̄ ſi aliquiſ
pſeruat̄ ne ſeruitutē incurat nobi
liori modo redimit̄ q̄ȝ ſi ſeruitutȝ
incurriſſet de facto ⁊ poſtea redi
meret̄. Secūdū exēplū ē de caſuro
in lutū q̄ nobiliori modo liberat̄
a caſu et macl'a ſi pbibeat̄ ne ca
dat q̄ȝ ſi poſt caſū et maculā elleue
tur et purget̄. Tertiū exēplum eſt
de ſanatōe q2 ille q̄ pſuat̄ ab infir
mitate nobiliori modo ſanat̄ quāȝ
ille qui īfirītatȝ īcurrit ⁊ poſtea
ſanat̄ g° ⁊c̄.

℞o. Si uirgo fuiſſet ab origīali p̄
ſeruata xp̄i p̄tioſo ſāguīe nō fuiſſȝ
redēpta.

Ad hoc rn̄det̄ q̄ ille ſinglaris mo
dus redēptōis pōt intelligi dupli
citer. uno modo ex pte ultimi effec
tus redēptōis q̄ ē glia ⁊ h° mō .b.
uirgo fuit nobiliori mō redēpta q̄ȝ
alius. q2 p redēptiōeȝ ꝯſecuta eſt
ampliorē gr̄aȝ et glīā q̄ȝ qcūq̄ȝ ali⁹
et iſte ē effectus poītiuus ip̄i⁹ gr̄e
Alio modo pōt capi redēptio q̄tū
ad effectū eius puatiuū q̄ ē libera
tio a ſeruitute ⁊ hoc mō ōs eq̄l'r
redemit nec nobiliori mō redemit
.b. uirginē q̄ȝ alios q2 a ſeruitute
peci origīal' ōs eq̄l'r redemit. pſua
tō. n. a captītate tollit redēptionē
de qua loq̄mur. licet. n. extēſa ppe
tate uocabuli redēptō poſſet dici

reſpectu mali nūdū habiti ſȝ poſ
ſibil' heri. redemptō tn̄ q̄ q̄s dr̄ re
dēptus p̄tioſo ſāguīe xp̄i de q° mō
redēptōis nūc loq̄mur nō pōt dici
de eo q̄ nūq̄ȝ ſeruituti ſubiect⁹ fu
it. nō. n. p p̄tiuȝ aliq̄d redimit̄ niſi
illd̄ fuerit pus ſuū et mō abſit alie
natū. rē. n. q̄ nunq̄ȝ fuit mea p pre
tiū dicor emere et nō redimere. rē
uero q̄ ſep fuit mea dicor poſſide
re et ptegere ac cōſuare non aūt
emere uel redimere. rē uero q̄ ſep
fuit mea ⁊ poſtea alieāta a me di
cor ppe redimere. Un̄. b. Ambroſi.
ſup illud ad Ro. 3°. Juſtificati gra
tis p redēptōem q̄ eſt in xp̄o ieſu
Notādū igr̄ q̄ x⁹ recte dr̄ nos re
demiſſe et nō emiſſe. ip̄ius. n. ātea
fueramus p naturā ſȝ ab eo aliena
ti fuimus p culpā. quapp cū homo
qui nunquam fuit ſub peccato alie
natus nō fuerit a deo non poteſt
dici nec ēptus nec redēptus a deo
ſȝ tm̄ poſeſſus et protectus ab ipſo
Item precium redemptionis non
datur niſi pro his qui ſeruitutem
incurrūt de facto uel obligati ſunt
ad ſeruitutē ſed Chriſtus per paſſi
onem ſuam dedit ſāguinem ſuuȝ in
pretium redemptionis omniuȝ q2
ut dicit apoſtolus. dedit ſemet ip
ſum redēptōeȝ pro omnibus. Et
apoſtolus petrus non auro inquit
et argento ſed pretioſo ſanguine a
gni īmaculati redēpti ſum⁹. g° ōs
qui redempti ſunt per ſanguinem
Chriſti de facto ſeruitutem incu
rerūt. unde beat⁹ leo papa ī ſmone

natiuitatis xp̄i . Agnoscam⁹ inquit misericordiā nr̄i redēptoris ꝑ quā solā resolui captiuitatis hu⁹ uincula potuerūt quib⁹ p̄mū hoīez oēzq3 ei⁹ posteritatē male suasus uictor peccati obstrixerat et ꝓpagīez dediticiā origīali sibi p̄iudicio uēdicabat h⁹ il⁹. ⁊ ī epl'a ad leonē īpatorē. nā captiuitatis nr̄e inquit resolui origīalis iura nō poterāt nisi redēptor nr̄ ad nos ueiens existeret hō nr̄i gēris quē nūi peccati uincl'a n̄ tenerēt ⁊ ꝗ īmacl'ato sāguīe suo cirographū letale dilueret h3. n. ꝓmissionē oīa secl'a p̄currētē mūdus ē deo recūciliat⁹ in xp̄o ut nisi uerbū dignaret̄ caro fieri nl'la possz caro saluari. hec ille . Itē si ꝑ solo nē p̄cii aliq̄s p̄suet̄ a s̄uitute oz ꝙ solutio p̄tij precedat p̄suatōez a s̄uitute pecci ꝑ p̄ciū redēptōis datū a xp̄o ī sua passiōe nisi illa q̄ seq̄t̄ passionē ⁊ effusionē sāguīs xp̄i. cū igit̄ cōceptō. b. uir. nō sit secuta effusiōez sāguīs sed eā p̄cesserit admi nus ꝑ. xl. ānos iō ꝑ passionē xp̄i et sāguīez eius effusū tāq3 p̄ciū nr̄e redēptōis n̄ pōt dici p̄suata a s̄uitute. si g° scriptura sit uera q̄ dīc ꝙ x⁹ dedit semet ipsū in redēptōem ꝓ oībus et ꝙ ꝑ sāguīez suū effusū ōs redimerit oz de necessitate dicere ꝙ si. b. uirgo fuit redēpta ꝙ de facto s̄uitutē incurit ⁊ sic a captiuitate fuit liberata sicut ⁊ ceteri Un̄. b. zozimus papa ↄdēpnās errorez pellagii et celestiī negātiū ꝑuulos ↄhere origīale pecc̄z qui tn̄ concedebāt eos ꝑ xp̄i sāguīez redēptos

q2 h° dicit scriptura utit̄ hac maxima ꝓpoitōe dicens nullus. n. nisi ꝗ pecci s̄u⁹ ē liber efficit̄ nec redēptus dici pōt nisi q̄ uere ꝑ pecc̄z fuerit antea captiuus h⁹ il⁹. Et. b. gregorius. oīs inquit q̄ redimit̄ ab aliqua captiuitate liberat̄ nec ullus redēpt⁹ dicit̄ si prius sub cl'pa captiuus n̄ fuit h⁹ il⁹. Ex quibus p3 ꝙ ꝗ dicit beatā uirgīez ab origiali pecc̄o fuisse p̄suatā euacuat ī ea nomē et rōez redēptōis facte ꝑ sāguinē xp̄i q2 p̄seruatō oppōit̄ redēptōi nā p̄suatō ē cōseruare custodire ⁊ ꝓtegere a malo redēptō uero ē eripere et liberare a malo sub quo aliq̄s existit actualr sicut p3 in decretis . i2. q. ii. ca° cū redēptor ⁊c̄. Un̄ nec in tota scriptura nec in toto iure canonico uel ciuili unq3 inueit̄ ꝙ p̄suatō a seruitute noiet̄ redēptō uel cēseat̄ noīe redēptōis s3 redēptōez sēꝑ accipit ꝓ liberatōe a seruitute de facto nā sacra scriptura q̄ dicit xp̄z ōs hoīes redimisse dicet illū nos recōciliasse et pacificasse sed recōciliatio p̄supponit inimicitiam et pacificatō p̄supponit discordiam g° redēptō p̄supponit s̄uitutem sicut declaratum fuit ī prima ratione et in quarta ⁊ in quinta secunde uie et in expositione octaue auctoritatis. Unde beatus leo papa ad leonem imperatorem Effusio inquit iusti sanguinis tam fuit diues ad pretium ut si uniuersitas captiuorum in redemptorem suum christum crederet nullum diaboli

uincula retineret illi⁹ eim sumus
morte recōciliati. illius oēs sumus
sanguine redempti qui tradidit se
met ip̄m pro nobis oblatōem ⁊ ho
stiam deo ī odorē suauitatis. Q̄uis
enim multoꝝ scōꝝ ī ɔspectu dñi pre
tiosa mors fuerit nulli⁹ tñ occisō re
demptio fuit mundi. sꝫ unus solus
dei ⁊ hoīuꝫ mediator fuit ī quo ōs
crucifixi oēs mortui ōs sepulti oēs
ēt sunt suscitati. Fides .n. uera iu
stificās impios ⁊ creās iustos ī i⁹
acq̄rit salutē ī quo solo se iueīt hō
īnocentem. nō ē.n. aliud nomē sub
celo datū ī quo oporteat nos salua
ri nisi ꝑ mediatorē dei ⁊ hoīum
iesum xp̄m nec esset redemptio cap
tiuitatis humane nisi sanguis eius
effunderet᷑ q̄ dedit semet ip̄m ī re
demptōem hᶜ iᶜ

Exemplum de ḃuitute.

Ad p̄mū iʳ exēplū iductū dīʳ q̄ iᶜ
q̄ p̄seruat᷑ ne ḃuitutem icurrat hu
manā nō pōt dici redempt⁹ sed cu
stoditus ⁊ ꝓtectus nō ab eo q̄ seʳ
talem p̄seruationē sed tm̄ ab eo q̄
p̄cedit illā Pa⁹ aūt xp̄i ⁊ sanguis
effu⁹ subsecuta ē ɔceptionē uirgīs
.i. ꝑ sanguīem iō ꝑ sanguinē xp̄i ñ
pōt dici preḃuata peco sed ꝑ ip̄am
pōt dici redempta si fuit sub ḃuitu
te peci. Ad aliud dicit᷑ q̄ iᶜ qui p̄
seruat᷑ a cāu non ꝓprie liberat᷑ a
cāu sed bene custodit᷑ ⁊ defendit᷑ a
cāu ab illo qui p̄cedit dispōn i⁹ ad
casum ⁊ nō ab eo qui seʳ illā dispō
nem. Ad t̄cium dīʳ q̄ ille qui p̄ser
uat᷑ ab infirmitate nō sanat᷑ qꝛ sa
natio presupponit īfirmitatē de fa
cto. ⁊ de tali sanatione loquebat᷑
xp̄s cū dixit nō ēst op⁹ sanis medi
cus sed male hn̄tib⁹ nec ueni uoca
re iustos sed peccores. Et iō dicit
Au⁹. sr̄ Jo. qui inq̄t siñ peco ē me
dico nō idiget nec ei sp̄ualis medi
cina neccīa ē Ne⁹ āt ex uirili seīe
natus ē q̄ celesti medico nō idigeat
h⁹ iᶜ. Propt̄ea si ista rō ɔcluderet
seq̄ret᷑ q̄ ōs infantes ⁊ multi uir
gies q̄ fuerūt p̄seruati a peco morta
li fuissent nobiliori mō redempti
q̄ꝫ b⁹. Fran. q̄ usqꝫ ad uigesimū eta
tis sue ānū lasciue uiuen⁹ ī multis
pecoꝝ mortaliū sordib⁹ se īplicauit
⁊ tñ h⁹ ñ ɔcederēt libent᷑. Dicam⁹
igʳ sic dīc Augu. i. 3⁹ de bap⁹ pu.
ad ōs nāqꝫ ꝑtiere nō dubitam⁹ eta
tes illō de q⁹ apl's loʳ bn̄ficiū dei
q̄ eruit nos de potātē tenebraꝝ. ⁊
.13. dē tri. h⁹ ē igr̄ qd̄ ait apl's. grās
agam⁹ deo q̄ eruit nos de ptāte te
nebraꝝ ⁊ trāstulit ī regnū filii sui
ī q⁹ hēm⁹ redēptōēꝫ ī remissiōeꝫ
pecoꝝ ī q̄ redēptōe tanq̄ꝫ p̄tiū ꝑ oī
bus nob̄ dat⁹ ē sanguis xp̄i h⁹ iᶜ ⁊
b⁹. Leo papa ī 3⁹ ḃmo⁹ natitatis
ad auferēn̄ igr̄ uīclū captiuitatis huᶜ
q⁹ p̄m⁹ hō ɔ ei⁹ uli posteritate dia
bolo ḃuiebat dī fi⁹ assumpsit formā
ḃui siñ sorde peci. ñ ei sufficiebat
doctrīa legal' nec ꝑ solas cohorta
tōes ꝓpheticas potat nostra nāre
pari. sed adiicienda ʳerat ueritas
redemptoris mortalibus institu
tis ⁊ corruptā ab initio originem
nouis renasci oportebat exordiis.

Offerēda erat p recōciliādis ho
stia que eēt nr̄i generis socia ⁊ nr̄e
ↄtaminatiōis alie⁹ ut hoc ppositū
dei quo pec̄m mundi ī iesu xp̄i pla
cuit passione delere ad oīum gnāti
onum secula ptineret h^c ille. Et
ī.4°. ẜmōe nisi inqt dei fili⁹ ad re
parationem ⁊ redemptōem nr̄aꝫ car
nē humanā assūmere dignaret̄ n⁹
queq̄ꝫ spes iustie ꝺ captiuitate dia
boli ⁊ a pfundo eťne mortis erue
ret. sed ↄdempna⁹ ex uno ī omnes
cuꝫ pec̄o transiēs pmaneret ⁊ leta
li ulnere labebefcā nā nullū reme
diū repiret. Qui ē pmus hō dya
bolo credidit nō solū ipe sed uiuer
sa ī i° posteritas cecidit. iō ad hui⁹
mōi pec̄i ⁊ mortis uiculū resoluen̄
dei fili⁹ humanā ī se nām suscepit
h^c i^e. Ecce q̄ redemptio n̄ fit nisi
p pec̄oꝝ remissionē.
Rō.18. sūpta ex pfc̄a mediatōe xp̄i

Ecimooctauo arguūt sic Per
fectissim⁹ mediator hr̄e debꝫ
pfectissimū actū mediandi circa p
sonā p qua max^e mediat sed xp̄us
fuit pfectissim⁹ mediator g° hūit
pfectissimū actū mediādi circa .b.
uirginē p qua max^e mediauit sed
actus pfectissim⁹ mediādi reqrit p
ẜuationē ab oī pec̄o ī p^a p qua ma
xime mediat g° b^a uirgo fuit pẜua
ta ab ōi pec̄o originali ⁊ actuali.
Ꝝo lꝫ xp̄s mediator pfectissimus
uirginis fuerit nō tamē eā ab origi
nali pec̄o pseruauit. Ꝝo.
Ad h° rn̄det̄ p° q̄ si hec rō esset
efficax sequeret̄ q̄ nullus ali⁹ ↄtra
xisset originale pec̄ꝫ qđ ē hereticū
dicere. q̄ aūt hoc sequeret̄ probo
p formā pcedētis argumēti sic. pfec
tissimus me°r hūit pfectissimū actū
mediandi circa psonā pro qua ma
xime mediat. sed xp̄s ē pfectissimus
me°r. g° hūit ēē psonas erga quas
mediauit pfectissimū actū ⁊ possi
bilem illis p quib⁹ mediauit. sed
tal' pfectissimus actus mediādi req
rit ī illis pro q̇bus mediatio fit p
seruationē ab oī culpa ēt originali
Cū g° x⁹ fuerit pfc̄issim⁹ me°r int
ōm ⁊ ōs hoīes se^r q̄ ōs hoīes pẜua
uerit a pec̄o Si ergo rō i^a ↄclude
ret de b^a uirgīe ↄcluderet ēt de oī
bus aliis hoībus qr mediatio xp̄i
q̄ꝫtum ē ex pte sui fuit pfecta ⁊ q̄
tuꝫ ē de se max^e circa ōs mediauit
qr dei pfecta sunt opa ut dicit^r de
uto.33°. ¶ Itē sicut ex pte uirgīs
fuit possibile q̄ preẜuaret̄ ab oī cl'
pa originali sic ēt possibile fuit ex
pte alioꝝ hoīum Et iō si argumē
tū fcm̄ pro b^a uirgine de uirtute
sua ↄcluderet piter ēt de alijs con
cludere deberet sed de aliis nō cō
cludit. ergo nec de b^a uirgine. Et
iō ad hāc rōeꝫ rn̄dens M^r adā an
gelicus dic q̄ hec rō nō magis con
cludit de uirgīe q̄ꝫ de quolꝫ alio pe
catore qr fuit xp̄s ita pfectus media
tor īter deū ⁊ quēlꝫ peccatorē sic
int̄ deū ⁊ mr̄em suā Et propt̄ hoc
posset dici q̄ ōs pec̄ores pẜuauerit
a pec̄o qr hic pfc̄ior actus mediādi
fuisset q̄ꝫ si dicam⁹ eū ita mediasse
q̄ pec̄ores p baptismū ipi⁹ purga

uerit. ¶ Et addidit q ita posset
argui q btā uirgo fuit ↄcepta btā
sicut aīa xp̄i q̄ iste mo⁹ esset pfcōr
mediatio q̄ȝ q mediauerit ut an̄ scā
esset q̄ȝ ↄciperet̄ si pfectissimus ac
tus pfectissimo mediatori sit attri
buendus. ¶ Item posset dici ex hac
rōne q xp̄us nō fuerit pfectissim⁹
mediator uirginis q̄ pfectior medi
atio ē ista qua quis preseruat̄ a cul
pa ꝛ a pena q̄ȝ ista qua quis p̄serua
tur a culpa tm̄. Si ergo xp̄s debuit
saltem circa uirginē hr̄e pfectissi
mū actū ul' effectū mediādi debuit
eā preseruare ab omni pena sed hoc
nō fecit g° nō fuit pfectissim⁹ me°r
Est igr̄ aduertendū q iste rōes ōs
ꝛ dialetice fundant̄ ī ↄsideratōne
soli⁹ po° dīe que multa potuit fa
cere que nō fecit nō ↄsiderata nā
rez ꝛ ordine uniuersi ac debito ēt
iustitie ꝛ ↄgruentie que oīa ut dīc
Aug⁹ ↄsiderari debēt ī opibus dī
qui oīa facit ī numero pondere ꝛ
mēsa. ¶ Possemus.n.facilit̄ argue
re a sili. Si deus ē optim⁹ creator
dȝ saltē appere ī aliq̄ creatura op
tim⁹ mo⁹ creādi pfcōr āt mo⁹ creādi
eēt q aliq̄d crearet ↄ īdefcibl'itate
sine quocunq̄ȝ defectu ꝛ sic oporte
bit dare aliquē angelū īpeccabilē
uel aliq̄d aīal īmortale uel lum̄ sol'
īclipsibile ul' hoīes fame ꝛ siti nō
subiectos q̄ hic pfcōr creandi mo⁹
fuisset. Et breuit̄ nihil ē fcm a dō
quin p siles rōnes possit ↄcludi q
al'r factū sit q̄ alr̄ potuit facere qd
ē ualde risibile ¶ Tenēdū ē illū

oīa bene fecisse q̄ oīa ī sapīa fecit
Est g° solida ꝛ doctrīa scōꝝ doctoꝝ
q nil a cōi lege ꝛ a cōi cursu pp
nīas fātasticas eximam⁹ nisi h° nob
ↄstet ul' auctis sac° scripture ꝛ sāc
toꝝ doctoꝝ. ergo a cōi lege ꝛ cursu
ↄcepōis humane nullū debem⁹ exi
mere nisi quē sac̄a scriptura ꝛ sācti
doctores eximūt quin poti⁹ eā sub
lege cōi ↄtineri ī hac parte dicunt
igr̄ nec nos eā debem⁹ eximere.
¶ Minus enim dubitandū erat de cō
ceptione filii dei q̄ȝ de cōceptione
matris tn̄ hoc nō obstante scriptu
ra ꝛ sci docto. euȝ excipiūt ab ista le
ge Oēs ī adam peccauert̄ g° si btā
uirgo sub ista lege cōi nō ↄtineret̄
ipam ēt excipissent eā aūt nō ↄexci
punt ergo ꝛ ipa ↄtinet̄ sub ista lege
cōi. ¶ Est ergo dicendū q ille ē p
fectissimus medi°r nō qui mediat
ut mediare pōt. sed qui mediat ut
mediare dȝ. Cōstat.n. q xp̄s p suā
mortē ut dīc Au⁹. potuisset ita me
diare īter dm̄ ꝛ hoīes pecores ut
nullus deinceps saltē actur̄ pecca
ret nec corporal'r moreret̄ nec tn̄
ppter hoc dicēdus ē īpfectus me°r
si hoc nō fecit q̄ hoc facere nō de
buit q āt nō debuerit facere debe
mus firmit̄ tenere ex h° q nō fecit
q̄ deus nil fecit frustra ꝛ q̄ deus
nil fecit qd facere n̄ debuit nec ali
q̄d facere ōmittit qd facere debeat
ꝛ ita ē ī pposito q̄ n̄ debuit uirgi
nē p̄seruare igr̄ nō p̄suauit ppter
rōes tactas. 2° rn̄det̄ negādo illā
minorem tanq̄ȝ falsam ī qua dicir̄

ꝙ actus ꝑfectissimus mediãdi req̄
rit preseruatõez ab õi peĉo origia
li ⁊ actuali ĩmo qui talē ꝑpõem as
serũt ut dĩc Jo. de poliato ignorãt
quid nom̃ mediatoris ĩportet. Me
diatio enim ē ĩter inimicos siue di
uersos ⁊ discordes Amici.n.⁊ ꝯcor
des nõ ĩdigēt arbitris neqꝫ media
tore mediũ.n.nõ ē nisi ĩter extre.
ut dici^r ĩ.io°.meth.Et iõ nõ ē op^a
mediatore ĩter deũ ⁊ creaturã nisi
ĩpa habeat discordiã ⁊ sit diuisa a
deo ꝑ peĉm ƀm illud ysa^e. 54.ini
q̄tates nr̄e diuiserũt ĩter nos ⁊ d̄m
nr̄m. ¶ Un̄ b^s leo papa in ep̄la ad
Leonē imꝑatorē Deus ĩquit ap̄ls
erat ĩ xp̄o mundũ recõciliãs sibi que
aũt recõciliatõ esse posset qua uni
uerso generi humano ꝑpitiaret
deus nisi oĩum cã mediator dei ⁊
hoĩum carnem suscepissꝫ ¶ Qua u°
rõne ueritatē mediatoris ĩpleuit
nisi ĩ for^a dei manens humanã fra
gilitatē assũmeret ⁊ peĉi uĩculum
unius p̄uaricatõe ꝯctum ĩpius mor
te nil ĩ se peĉi hñtis dissolueret h^c
i^c Et iõ glo.dĩc ad ro.5.Cõmēdat
deus caritatē suã ĩ nobis ¶ Jam igr
nos diligēti deo recõciliati sumus
cũ quo ꝑ peĉm inimicitias hēbam^a
nõ ergo opus esset mediatore nisi
ꝑ peĉm hõ a deo diuisus fuisset un̄
n̄ fuit aliqs meditor ĩter d̄m ⁊ an
gelos stantes. ¶ Patet g° ꝙ p̄ser
uatio a peĉo tollit mediationē sic
suꝑius diffuse oñsum ē ĩ 2ª rõe 2^e
uie ubi ē dĉm ꝙ uniuersa tenet ec
c̄lia oēz hoĩez seꝑari a deo q ꝑ me
diatorez xp̄m recõciliat deo nec se
ꝑari queqꝫ nisi peĉis ĩterclude̅tib^a
posse ut dicit Aug.uide ibi.
¶ Rõ.19^a.sumpta ex hoc ꝙ ĩter q̄lꝫ
extrema ui^r ꝙ possit dari mediũ.

Decimonono arguũt sic Aliq̄d
põt se hr̄e ad peĉm originale
tripl^r ul̄ ꝙ n̄ possit ꝯtrahere nec cõ
trahat uel quod possit ꝯhere ⁊ cõ
trahat ul̄ me° m° ꝙ possit ꝯhere
⁊ nõ ꝯtrahat Jn p° gradu ē xp̄s q
nõ potuit ꝯtrahere nec ꝯxit peĉm
Jn 2° sumus nos õs si ergo b^a uir
go sit.s̈.nos ⁊ infra xp̄m oꝫ ꝙ me°
m° se habuerit uꝫ ꝙ potuerit ꝯhe
re ⁊ nõ ꝯtraxerit.pꝫ ꝯ^a q2 positis
extremis dꝫ ꝑoni mediũ sꝫ extre^a
sũt posita g° dꝫ poni mediũ.
¶ Rõ ĩter xp̄i ꝯceptionē ⁊ alioꝝ ho
minũ n̄ cadit alia ꝯcep° me^a.
¶ Ad h° r̄ndet.ꝺ. Egidius de roma
ĩ.6° quolꝫ° dicēs ꝙ tale mediũ n̄
ē ĩtelligere n^e dare. Nam q̄cũque
ꝯcipit uia n^e ex uirili seĩe ⁊ tunc
põt ꝯhere ⁊ ꝯtrahit ul̄ ꝯcipit s̈.
naturã nõ ex uirili seĩe sed opere
diuino ⁊ tunc nõ põt ꝯhere nec ꝯ
hit Et q2 nõ ē dare aliq̄d mediuꝫ
ĩter ꝑmũ modũ ꝯcipiēdi ⁊ ƀm q2 n̄
ē dare mediũ ĩter affirmationē ⁊
negationē. Jdeo cũ solus xp̄s ꝯtine
at sub 2° m̄bro necesse ē dicere ꝙ
oēs hoĩes alij a x° nõ solũ peĉꝫ po
tuerũt ꝯtrahere sed ꝙ et̄ de facto
ꝯtraxerũt h^c i^c ¶ Non enim oꝫ ꝙ
ĩter quecũqꝫ extrema det medium
q2 qñ unũ extremũ ĩcludit negatio
nē alti^a tũc ĩt ĩ^a extre^a n̄ põt dari

mediū q₂ ut dicit Aristo.in p° po
steriorū. Cōtraditō q̄ ē inter afir
matōez et negatōez est cuius nō est
mediū secūdū se.nā posset sic argui
de creatōe.aliq̇d est qđ pōt creare
et creat et aliq̇d nō pōt creare nec
creat ut creatura g° oportet ꝙ sit
aliqđ mediū qđ possit creare ⁊ nō
creet quod ē impossibile ergo ⁊c̄.
Ad idē rn̄det.d.Bonauētura dicēs
ꝙ positis extremis ponit᷑ mediuȝ
qn̄ mediū ē aptū natuȝ ↄfici ex ex
tremis ẜȝ debitū ordīeȝ et ↄgruen
ciā nō aūt sic est in proposito .nam
ponere causaȝ sine effectu et effec
tuȝ sine causa n̄ est congruū nec de
cet.nā ↄcupisētia carn̄ gnāntis ē cā
pec̄i origīalis in prole iō n̄ pōt po
ni tal̄ causa nisi ponat᷑ tal̄ effectꝰ
Itē mors et aliį defectus sūt pena
pec̄i ideo non pn̄t primo in aliquo
inesse de necessitate sine pec̄o. Et
ad argumētū dicit᷑ ꝙ puritas uir
gīs fuit infra puritatē xp̄i et supra
puritatē aliorū q₂ sāctificatio sua
excellit sanctificatōeȝ aliorū q̄ȝtum
ad magnitudinē q₂ maiorē gr̄aȝ re
cepit quā alii et quātū ad celerita
tem q₂ solū ꝑ tēpꝰ paruū et q̄i impꝑ
ceptibile sub pec̄o fuit et statiȝ po
stea fuit sāctificata hec ille. Itē xꝰ
nec origīale nec actuale pec̄ȝ habu
it omnes alii post usuȝ liberi arbi
trii habuerūt actuale cū origīali cō
tracto.b.auteȝ uirgo origīale ↄ̄xit
sed nūq̄ȝ actualiter peccauit. Item
xp̄s nūq̄ȝ peccauit actual̄r nec pecca
re potuit oēs alii sancti post usuȝ

liberi arbitrii potuerūt peccare ⁊
de facto saltē ueīal̄r peccauerūt.b.
aūt uirgo anteq̄ȝ esset mr̄ xp̄i potu
it quidē actual̄r peccare sed nūquā
actual̄r peccauit sicut dictū fuit in
prima solutōe.

Ratio.20.sūpta ex hoc ꝙ Augu. n̄
uult habere questionem de peccato
circa uirgīeȝ.

Uigesimo arguit᷑ sic secūdum
auctoritatē augu in libro de.nª
et gr̄a ubi dicit.excepta uirgīe mª
đ q̄ ꝑꝑ honorē dn̄i cū de pec̄is agit᷑
nullā uolo prorsꝰ hēre q̄stionē ⁊c̄.
R̷o .b.uirgo licet secūdū augusti.
nō habuerit peccatū actuale habu
it tn̄ ẜȝ ipȝ pec̄ȝ origīale .

Ad hoc dicit᷑ ꝙ Augu.loq̇t᷑ de pec
catis actualibus q̄ in n̄ra potesta
te fuisse ne acciderēt confitemur
loq̇t᷑ .n.ↄtra pellagiū qui nullatenꝰ
admittebat pec̄ȝ origīale ab aliq°
contrahi sed pec̄a actualia ↄcede
bat q̇busdā ↄmissa fuisse sȝ quos
dā sāctos quos infra ↄmemorat ac
tual̄r nūq̄ȝ pecasse asserebat.Cōtra
hoc mltū arguēs augu.sic dicit ad
uersus hūc morbū nimiū ꝑiculosū
et exiciabilem ualet ↄmemoratio
peccatorum in que iusti sanctiq̄ȝ
ꝑlapsi sūt sed pellagius accute ur̄
interogare qūo istos sc̄os de hac ui
ta abiisse credēdū sit cū peccato ā
sin̄ pec̄o.ut si responsū fuerit cum
pec̄o putet᷑ eos secuta fuisse damp
natio qđ nephas ē credere.si aūt
sine pec̄o dictū fuerit eos exiisse ꝑ
bet hoīe saltē appropiquāte morte

ĩ hac uita fuisse sine peccõ ubi ꝑum
attendit cum sit acutissimus non
frustra ẽt iustos ĩ orõne dñe dimit
te nob debita nr̃a ⁊c̃. dñm̃qꝫ iesũ
cũ hãc orõnem dicendo expleuisset
ueracissime subdidisse Si.n.dimise
ritis peccã hominibus dimittet uob
pater uester peccã ur̃a Per h° eniꝫ
cottidianũ ⁊ spũale quodãmõ ĩcen
sum qđ añ deum offerim⁹ ĩ altari
cordis ꝙ sursum hr̃e monemur in
fert̃ qđ ⁊ si hic nõ uiuat̃ sine pec
cato lꝫ tamẽ mori sine peccõ dũ sub
inde ueĩa delet̃ que subiñ ignorã
tia uel ĩfirmitate cõmittit̃. Demũ
pellagius ꝯmemorat eos qui nõ mõ
nõ peccasse uerꝫ ẽt iuste uixisse re
ferunt̃ Abel. enoch. melchisedech
abram ysaac iacob. ioseph iesunaue
finees samuel natam elyam eliseuꝫ
micheã danielez anauiã azariã mi
sael ezechielẽ mardocheũ symeon
ioseph Johẽm baptistam. Adiũgit
etiã feĩas. Delboraꝫ annã samuel
mr̃em Judith. hester aliam annã fi
liam phanuel. helysabeth ⁊ ẽt sal
uatoris nr̃i mr̃em quã dicit ẽt sine
peccõ ꝯfiteri necesse ẽ pietati. Huic
obiectioni Aug⁹ R̷ndens statim sub
iungit. Excepta ig^r uirgine maria
de qua ꝓpter honorẽ dñi nullã pr
sus cũ de peccĩs ag^r hr̃e uolo qõnẽ
Jñ eĩm scimus ꝙ ei plus grẽ colla
tũ fuerit ad uincẽdũ oĩ ex ꝑte pec
catũ que illũ ꝯcipere ⁊ parere me
ruit quẽ ꝯstat nullũ huisse pecm̃
hac ergo uirgine excepta si omnes
illos scõs ⁊ sanctas quos pellagius
enumerauit ꝯgregare possemus. ⁊
ĩterrogare. Utrũ essent sine peccõ
quidem fuisse r̃nsuros putam⁹ utrꝫ
ꝙ ipe pellagius asserit An qđ Jo
hãnes dicit rogo uos q̃ntalꝫ fuerit
ĩ hoc corpore excellẽtia sanctitatis
si de hoc ĩterrogari potuissent una
uoce clamassent Si dixerim⁹ qr pec
catũ nõ hẽmus ipos nos seducim⁹
⁊ ueritas ĩ nobis nõ ẽ An id humi
lius fortasse r̃nderẽt q̃ꝫ ueri⁹ sed
huic iam placet ⁊ recte placet lau
dem hũilitatis ĩ ꝑtem nõ ponere
falsitatis Jta hoc si uerꝫ dicerẽt ha
berent pecm̃ Si ãt hoc dicẽdo mẽ
tirent̃ nihilomin⁹ hẽrent peccatũ
qr ueritas ĩ eis nõ esset Peccauer̃t
ergo illi sed non potuit scriptura
oĩum ꝯmemorare peccã. ¶ Qđ eiꝫ
ad hoc pellagius dixerit queso attẽ
dite hoc ĩquit recte dici posset de
his quorꝫ nec bonorꝫ opum nec ma
lorꝫ scriptura sit memor De illis
uero quorꝫ iustitie memĩt ⁊ peccõrꝫ
sine dubio memĩsset si que eos pec
casse sensisset ¶ Hãc ãt r̃nonem eli
dens Aug. statĩ subiũgit dicat ergo
pellagius ad iustitiã ñ ꝑtinuisse tã
tam illorꝫ fidem ꝙ magna multitu^e
ꝑcedentes ⁊ sequẽtes dñm ĩ asello
sedentẽ laudibus ĩter fremẽtes ini
micos q̃re hoc facerẽt clamabãt O
sana filio dauid ⁊c̃ Audeat g° iste
pellagius dicere neĩem fuisse ĩ tan
ta multitu^e qui nullũ hr̃et oĩo pec
catũ Qđ si absurdissimũ ẽ dicere
cur nulla eorꝫ peccata scriptura cõ
memorat que tñ bonũ fidei eorꝫ ꝯ

memorare curauit Sed hoc ēt ipse forsitam uidit ⁊ subiecit. Sed esto q̄ aliis tp̄ibus ꝓpter turbe nu͞osi tatem oīum dissimulauerit pec̄a cō texere ī ip̄o statim mūdi p̄mordio ubi nō nisi 4.or erāt hoīes dicem⁹. Cur nō oīum uoluerit delicta me morare Certe īquit p.o ītp̄e Adā et eue ex quibus caym ⁊ abel nati sūt 4.or tm̄ hoīes esse referūt Pec cauit eua scriptura hoc prodidit Adam quoq₃ deliquit scriptura ēt nō tacuit Sed ⁊ caym peccasse ip̄a quoq₃ scriptura testata ē Quoꝝ n̄ modo peccata uex ēt ⁊ pec̄oꝝ indi cat qualitatē Qd̄ ⁊ si abel peccass₃ h.o sine dubio scriptura dixisset. s₃ nō dixit g.o nec i.e peccauit quin y.o et ip̄₃ fuisse iustū ōndit. Hec dc̄us pellagius paꝝ attēdit q̄ paulo an̄ dixerat ia₃ exorta multitudine ge neris humani turbe nu͞ositate po tuisse scripturā dissi͞lare oīu₃ pec̄a ɔtexere h.o.n.si satis attēdisset ui deret ēt ī uno hoīe turbā ⁊ multi tudinē leuiū peccatoꝝ ul' nō potuis se ul' n̄ debuisse ɔscribi ea quippe scripta sunt quibus ⁊ mo⁹ ab͞hnd⁹ fuit ⁊ paucis exemplis ad multa ne cessaria lector essꝫ īstruēdus Non eim ɔmemorandū fuit si abel q̄uis merito iust⁹ appellatus est paululo al̄n īmoderatius risit ul' animi re missione iocatus ē uel uidit aliq̄d ad ɔcupiscēdu₃ ul' al̄n īmoderatius poma discerpsit l' poculo cibo cau delior fuit uel cū oraret cogitauit aliqd̄ un̄ eius ī aliud aduocaret in

tentio Et quotiēs illi ista uel silia multa subrepserint an forte peccata nō sunt de q̄bus gnāl' ⁊ cauēdis atq₃ cohibēdis amonemur p̄cepto apl'i co ubi dicit nō g.o regnet pec̄m in n̄ro mortali cor.e ad obediēn desi deriis eius h.e ille. ❡ Ex q̄bus pat₃ q̄ nō nisi de actualib⁹ pec̄is loqui' Aug. ī p̄dicta auc̄te a quib⁹ bt̄a uirgo semper fuit īmunis. P₃ etiā idem ex uerbis ip̄ius auc̄tis Pri.o dicit q̄ plus gr̄e ei collatū ē ad ui cendū ex oī p̄te pec̄m Clax.n.ē q̄ solū actualia pec̄a sūt que pugnan do uincunt' ⁊ nō originale Itē dic̄ si eos īterrogare possem⁹ De illis g.o pec̄is lo' que ɔmittunt' ab his qui īterrogati r̄ndere p̄nt. Et sunt actua.a ❡ Item si loqueret' de origi nali falsū esset qd̄ dic̄ q' si b⁹ Jo. bb̄a ⁊ multi alii dū adhuc uiuerent īterrogati fuissēt an pec̄m origīale h̄ēnt potuissent dr̄e q̄ nō q̄a qui libet baptizatus ul' circūcisus an̄ xp̄m ē īmunis a pec̄o originali. ❡ Jt̄ illā auc̄te₃ Johīs Si dixerim⁹ q̄m pec̄m nō h̄emus ⁊c̄. exponēs Au⁹. ī li.o de p̄fc̄oe iustitie dicit q̄ inte' solū de pec̄is actualibus. Hoc etiā dicūt .S. Tho. Albert⁹ Alex' Bo nauen'a ⁊ Egidius q̄ lo' de pec̄is actualib⁹. ❡ Sed m' sen. ī. 3.o. li.o di. 3.a dicit sane credī o₃ iux̄ sc̄oꝝ atte stationis ɔuenientiā ip̄am carnem uerbi an̄q₃ ɔcipet' pec̄o fuisse obno xiam sicut ⁊ reliq.a uirgīs caro sed sp̄ūs sc̄i op̄oe ita mūdatā fuisse ut ab oī pec̄i ɔtagiōe īmunis uniret'

91

uerbo pena tm̄ nō necītate sed uo
luntate assumētis remanēte Mariā
quoqꝫ totā spūs scs ī eaꝫ supueniēs
a peccō prsus mundauit ⁊ a fomite
pecī ēt liberauit ul fomitē ipm eua
cuando uel sic extenuando ⁊ debili
tando ut ei postmodū peccandi oc
casio nullatenꝰ extitit Et post pau
ca subiūgit Qꝺ āt ex tūc beata uir
go īmunis fuerit ab oī peccō Aug.
euident oñdit ī li° da nª ⁊ grā in
quiēs Excepta igr itaqꝫ uirgīe scā
de qua ⁊c̄. Ex quo pꝫ qꝫ ītelligitur
auctas iª de pecīs actualibꝰ ⁊c̄.

Rō. 21. sumpta ex auctē Aug. ī li°
ꝯtra ꝗnqꝫ hrses.

Uigesimopᵒ adducūt Aug. ī li°
5. 5. hrses qui ut aiūt sic dic
si potuit īquinari mat mea cū ipaꝫ
facerē potui īquinari cū ex ea na
scerer hec ille.

Rnᵒ qui hāc ppōem sicut stat auᵒ
attribuūt heresim sibi trissime im
ponunt.

Ad hoc dir qꝫ puerse hec auctas al
legat qꝛ nō ꝯtinet sanā doctrinaꝫ
Nam añs illiꝰ ꝯdcōalis ē ueꝝ sm
ōs doctores ꝯñs tm̄ ē falsū ⁊ hrticū
g° tota ꝯdcōalis ē falsa ⁊ hrtica.
Iteꝫ si añs ponat ī esse sm doctri
nā quā refero ē uerissimū ⁊ tm̄ ꝯñs
ē impossibile ⁊ hrticū g° tota iª
ꝯdcōalis ē falsa Uidi g° ego origīa
le ī smone ꝯ. 5ᵉ hrses ꝯ ttiam hr
sim que erat manicheoꝝ ubi ītro
ducit filiū dei ī pª pª ꝯ manicheū
loqntem ⁊ sic dicētem Dicit tibi

manichee deus creator hoīum filiꝰ
hoīs Quid ē qꝫ te pmouet ī natiui
tate mea. Non sum libidīs ꝯceptª
cupiditate ego mrēm de qua nasce
rer feci. ego uiā itineri meo ppa
raui atqꝫ mūdaui Si potui īquina
ri cū eam facerē potui īquinari cū
ex ea nascerer. Hoc idem dic ī ser
mone assumptioīs quē ego uidi in
libris uetustissimis sicut dcm̄ fuit
s. ī. xi. rōe. 3ᵉ uie ī. 9ª. auctē Aug.
ibi īducta eam uide.

Rō. 22. sūpta ex auctē Ambrosij ī
smōe de gabaonitis.

Uigesimosecūdo adducūt Am
brosiū ī smone de gabaonitis
dicentē. Hec ē uirga Jesse ī qua
nec nodus originalr nᵉ cortex ueīa
lis culpe fuit.

Rnsio. Auctas iª nō est Ambrosii
⁊ bene ītellecta nō militat ꝯ nram
ueritatem.

Ad hoc rñdet qꝫ auctas iª nō bn̄
ꝯcordat cū sñiis ambrosii p beatū
Aug. ī p° ⁊ ī 2° li° ꝯ Julianū quas
adduxi ī. 13ª rōe se uie ⁊ ī. xi. ⁊. 13ª
rōe. 3ᵉ uie. Et iō dicimꝰ qꝫ ista
uerba nō sūt ambrosii nec alicuius
doctoris scī sed fuert ab aliis mali
ciose ꝯficta. Et si ī dcīs eiꝰ īueniā
tur uerba hᵉ dico qꝫ ītellnda sunt
post natiuitatē ul scīficatōem suaꝫ
qꝛ extūc nec originale nec actuale
pecm̄ ī ea fuit. Quare expedit ut
hāc auctem allegātes originale pro
ducant ī medium ut uideant añce
dentia ⁊ ꝯñtia qꝛ tantus doctor n̄

debuit sibi ipi ɔ̄dicere ī hac re tā graui. Signū aūt q̄ h⁹ est ficticiū ē q̄ multi eoꝝ ī hac auc̄te allegāt Jero. ad gabaonitas Alii uero Ambrosium g⁹ ꝛc̄.

Rō. 23ᵃ sūmpta ex auc̄te Cyrilli ɔtra nestorium.

Ugesimotertio adducūt Cyrillū ī tractatu ɔtra nestoriū dicētē temerariū ē ponere ī uirgine mᵃ maculā uel pec̄m aliqd̄ h⁹ iᶜ

Ro auc̄tas Cyrilli si ītegra adducat̄ nō militat ɔ̄ nos.

Ad h⁹ rn̄det̄ q̄ Cyrillus ɔ̄ nestoriū afferentē beatā uirginē post ɔceptionem filii alios filios ex uirili semine ɔcepisse ꝛ ēt peccasse sic dicit post ɔceptū filiū temerariū est ponere ī uirgīe maria maculā aliquā l pec̄m h⁹ iᶜ Uñ nihil aliud ītēdit nisi ɔ̄ nestoriū oñdere q̄ post ɔceptum filiū bᵗᵃ uirgo semp fuit ītacta ꝛ imaculata nec unq̄ꝫ uirginitatē amiserit nec pec̄ꝫ aliqd̄ cōmissit cuiꝰ oppositū Nestoriꝰ asserebat. Et iō auc̄tas illa si integra adducat̄ nō suffragat̄ errori eoꝝ sed magis ē ɔ̄ eos.

Rō. 24ᵃ sumpta ex auc̄te Bernardi ī s̄mone assumptōis.

Ugesimoq̄rto adducūt Bernardum ī sermone assumptionis dicentem. caro marie ex adam sūpta maculas ade ñ admisit h⁹ iᶜ.

Ro h⁹ uirgo lꝫ originale peccatū ɔtraxerit illud tñ pec̄m ꝓpa uoluntate ñ admisit.

Ad hoc rn̄det̄ q̄ beatus Bernardꝰ uult dicere q̄ beata uirgo nō admisit. i. nō ꝓpa uolūtate cōmisit maculas .i. pec̄a ade q̄ nunq̄ꝫ actualr peccauit ꝛ originale qd̄ in sua cōceptione ɔ̄xit nō sua sed primi parētis uolūtate comissum ē.

Rō. 25ᵃ. sumpta ex auc̄te Anselmi de exordio humane salutis.

Ugesimoq̄nto adducūt Anselmum in libro de exordio humane salutis sic dicentez Si quid originalr peccati in propagine dei matris extitit illud propagantiū nō ꝓpagate pl̄ fuit h⁹ iᶜ

Rñsio. Liber de exordio humane salutis nō fuit beati Anselmi nec auc̄tas iᵃ eoꝝ errori suffragat̄.

Ad hoc dicit̄ q̄ liber ille non est Anselmi canturieñ. quia Uincentiꝰ hystorialis qui eius libros enumerat in libro. 26⁹ capᵒ. 71ᵒ. hunc ñ ponit Item nō ē Anselmi laudeñ. sicut patet ex eodem libro .27⁹. c. uigesimosecūdo. Dicit̄ .2ᵒ q̄ sit cuiuscūq̄ꝫ illa auc̄tas Anselmi nihil aliud insinuat nisi q̄ si pro q̄ aliquid peccati ī propagine dei mr̄is extitit illud nō fuit uoluntate ꝓlis propagate sed libidine propagantiū ɔtractū. Et hoc uex ē quia ut dicit Aug. de fide ad pe. pec̄ꝫ ī puulos nō transmittit propago sed libido gentuz nec fecunditas huāe

nature facit hoīes cum peccō nasci.
sed fetiditas libidinis quā hoīes
habēt ex illiꝰ primi iustissiᵃ 9 dēp
natiōe peccati hec ille uult ergo di
cere ꝙ pecīm originale ꝙ uirgo cō
traxit nō fuit ex ꝓpria uoluntate
